



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Qvintvs Decretalivm Libri continetvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

De Pœnitentiis, & Remissionibus. Tit. XXXVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95280](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95280)

De Pœnitentiis, & Remissionibus.

TIT. XXXVIII.

SUPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Ioan. Andr. Anan. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Durand. in breuiario aureo iuris Canon. fol. 162. Ioan. de Londris in breuiario sanctorum Canon. fol. 183. Martin. Meisnart. in epitome Decretal. fol. 199. Petr. de Rauenna in compend. iuris Canon. Dan. Venat. in analysi method. iuris Pontif. a pag. 723. Goffred. & Host. in sum. huius tit. Alex. Cassan. & Anastas. Germon. in paratilis ad quinque libros Decret. Barthol. Carthag. in exposit. tit. iuris Canon. Zypæ. in analytica postremi iuris Ecclesiast. enarrat. pag. 438. Canif. in sum. iuris Canon. Cafarel. in erotem. eiusdem iuris, nouissimè Ioan. Honor. lib. 5. sum. in Decret. omnes sub hoc tit. & vol. 4. reper. super iure Canon. ad lib. 5. Decretal. Ioan. à Capistrano.

De materia huius tit. vide Bonacof. Villalob. & alios tom. 1. commun. opinion. lib. 1. tit. 13. pag. 204. cum seqq. Prax. Episc. verbo pœnitentia, latè de Pœnitentia Sacramento Theologi cum Magistro in 4. distinct. 14. S. Thom. p. 3. q. 84. Soar. tom. 4. de Pœnitent. Vuald. in candelabro aureo de Sacram. Pœnit. Petr. de Ledesma in sum. p. 1. tract. de Pœnit. Card. Bellarm. in suis controuers. tit. de Pœnit. Luc. Pinel. de Sacram. Pœnit. Henric. in sum. lib. 4. Greg. de Valent. tom. 4. dist. 7. q. 3. cum tribus seqq. Valer. Reginald. in praxi fori lib. 29. Zerol. in special. tract. de Pœnit. Bonacin. de Sacram. dist. 5. de Pœnit. Sacramento.

De Indulgentiis, & Indulgentiis integros tractatus ediderunt Anton. Rosel. tom. 14. tract. Doctor. fol. 147. Ludou. Bologn. cod. tom. 14. fol. 141. Thom. de Vio. Caiet. Anton. Cordub. Galpar Scopus, Ildor. Valleran. Jacob. Naclantus, Ioan. Baptista Paulian. Thom. Zerol. qui propriè de indulgentiis tractant, Angel. Rentinus, Boëtius Epo, Thom. Leui. Vincent. Filliuc. Quintil. Mandos. Marian. Socin. Luc. Pinel. Ioan. Friger. Ioan. Agoman. Conuer. Francisc. Rodrig. Hieron. Gratian. Rutil. Benzon. Anron. Sanctarel. Iul. Laur. tractant etiam Nauar. in opere de Indulgentiis, Henric. in sum. lib. 7. Fr. Emman. tom. 2. quest. regul. q. 85. Zerol. in praxi Episcop. p. 2. verbo Annus sanctus, pag. 14. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 7. a n. 94. cum multis seqq. Egid. de Coninck de Sacram. & censur. tom. 2. dist. 12. Balduin. iun. super opera controuers. Bellarm. p. 1. l. 6. de Indulgent. Ioan. Francisc. Leon. in thesaur. fori Ecclesiast. p. 1. c. 7. Bonac. de Sacram. dist. 6. q. 1. puncto 1. Fernand. in examine Theologia Moral. p. 3. c. 7. Vgolin. de offic. Episc. c. 41. Petr. Coton. lib. 4. controuers. Molfes. in sum. Theolog. Moral. tract. c. 26. de Indulgent. Vincent. Filliuc. in quest. moral. lib. tract. 8. c. 3. cum seqq. Indulgentiæ enim tantum valent, quantum sonant, vt per Bonacof. comm. crim. p. 2. verbo Indulgentia, fol. 36. verso, & qualiter sit intelligenda regula ista, vide Iul. Laur. in tract. de Indulgent. p. 2. c. 14. n. 28. & quando inceperint, vide Henric. d. l. 7. c. 15. §. 6. Fr. Hieron. Roman. lib. 1. de Republica Christiana, c. 23. Fr. Emman. d. q. 35. art. 4.

S V M M A R I V M.

1. Pœnitentia publica pro manifesto peccato imponi debet.

2. Publica Pœnitentia qua fit, ostenditur.

CAP. Manifesta. I. Alex.

Peccata manifesta non sunt occulta correctione purganda. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Vin. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 250. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 743. & vol. 4. super iure Canon. ad lib. 5. Decretal. Ioan. à Capistrano, remissimè Ximen. in concord. p. 1. & 2. reperitur apud Gregor. lib. 2. epist. 31. registri ad Felicem Sicilia Episcopum, refertur ab Ant. August. collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 3. c. 1. vbi tribuitur Calixto Papæ.

Non sunt occulta, &c. [Notatur ad hoc, quòd publica Pœnitentia est, quæ abique vlla solemnitate publicè fit ex Episcopi, vel Sacerdotis mandato, vbi peccatum publicè commissum fuerit, vt per Couarr. lib. 2. variar. c. 1. c. n. 3. Nauar. in cap. considerer. §. ponat. n. 14. ad fin. de Pœnit. dist. 5. & in c. 1. n. 88. & in cap. Sacerdos à n. 86. de Pœnit. dist. 6.]

S V M M A R I V M.

1. Presbyterum occidenti Pœnitentia imponitur.
2. Miles ordinum Militarium si Clericum occidat, perdit privilegium, & cingulum militiæ, & remanet merè secularis.
3. Index Ecclesiasticus potest priuare laicum militiæ temporali.
4. Presbyterum occidens in panam prohibetur Matrimonium contrahere.
5. Incestus, impedit Matrimonium contrahendum.

CAP. Quis Presbyterum. II.

Presbyterum occidenti imponitur Pœnitentia duodecim annorum, & si est coniuctus, & miles, careere debet cingulo militari per totum tempus suæ vitæ, & manere abique spe coniugij. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Vin. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 251. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 744. & vol. 4. reper. super iure Canon. ad lib. 5. Decretal. Ioan. à Capistrano, remissimè Ximen. in concord. p. 1. & 2. desumitur ex Concil. Moguntin. sub Rabano Archiepiscopo, referunt Burchard. lib. 2. Decret. c. 7. & Iuo p. 1. c. 156.

Sua militiæ cingulo careat. [Notatur ad hoc, quòd si aliquis miles ordinum militarium Clericum occidat, perdit privilegium, & cingulum militiæ, & remanet merè secularis, & potest conueniri coram indice seculari, vt per Fr. Emman. quest. regul. tom. 2. q. 62. art. 15. Vide Bobadil. in sua Politica, lib. 2. c. 17. n. 86. resoluit, quòd si Miles ordinum Militarium, Doctor, aut alius à Rege, aut Imperatore creatus Miles occidat Clericum, potest index Ecclesiasticus eum priuare cingulo militiæ, vel insigniis Doctoralibus, quæ ipso iure amittit, & ita indicem Ecclesiasticum priuare laicum militiæ temporali resoluit Palat. in reper. cap. per vestras, de donat. inter vir. & vxor. notab. 2. §. 1. n. 5.]

Et absque spe coniugij maneat. [Notatur ad hoc, quòd si quis Clericum Presbyterum occiderit, in panam prohibetur Matrimonium contrahere, vt per Couarr. de sponsal. p. 2. c. 6. in initio, num. 5. Ludou. Lopez in instructorio conscientia, p. 2. c. 46. vers. praterea, Vuald. in candelabro aureo de Sacramentis, part. 1. de Matrim. n. 105. Henric. in sum. lib. 12. c. 2. §. 1. in fine, Sanch.

de Matrim. lib. 7. disp. 6. num. 9. ubi ex aliis concludit, quod quamvis non videatur desiderari, quod interfectus sit coniunctus in foro contentioso, tamen tenendum est desiderari, quia text. in presenti petit, ut coniunctus sit, nec potest dici loqui in foro conscientie, cum in eo nulla sit coniunctio.

In gloss. Absque spe coniugij, fin. ibi, quadam crimina impediunt Matrimonium contrahendum, ut incestus, &c. Vide Couar. d. c. 6. in initio, num. 4. Nauar. in man. c. 22. n. 29. Gutier. canonic. lib. 1. c. 15. n. 7. Valer. Reginald. in praxi fori penit. lib. 3. n. 191.

S V M M A R I V M.

- 1 Penitentia arbitraria indicenda est illi, qui medium excessit se defendendo.
- 2 Penitentia hodie sunt arbitraria.
- 3 Penitentiam tolerabilem, & humanam fragilitati accommodatam tenetur penitens acceptare, acceptamque adimplere.
- 4 Punitur mitius ille, qui promocatus fecit.

C A P. Significauit. III.

Alex. III.

¶ Q Vando quis pro libertate sua se defendit, vel pro Ecclesia pugnat, si multum excedit, & peccat, debet ei imponi penitentia arbitraria, & mitis, ne pro asperitate eius, ipsi vel alij retardentur ad defensionem Ecclesie. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Burr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ioan. à Capistran. Viu. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 251. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 744. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. August. collect. 1. Decret. lib. 5. tit. 33. cap. 1. est post Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 3. n. 1.

Collige ex text. Indulgentias illis tantum potest, qui Pralato indulgentiis subfunt, nam alienis subfunt Indulgentias concedere non potest, ut per de Indulgent. notabil. 3. num. 13. late Iul. Lanor. de Indulgent. & Indulgentiis, part. 2. cap. 11. a. non. 28. Sed si proprii Episcopi consentiant alieni subditi Indulgentiam, alio Lanor. d. c. 11. num. 29. ubi non. 31. cum Nauar. hoc proxime citato, consultit, ut peregrinantes manum faculitate Episcoporum suorum ad querendas Indulgentias alienorum Episcoporum, illis Indulgentias concessit ab Episcopo, exteris ad eam directionem venientibus non prosunt, & tali concessione non facta propter meritoria opera facta in alienis diocesis non recipiunt Indulgentias. Quod intellige de Indulgentiis concessis ab Ordinariis intentionem à Summo Pontif. secus de Indulgentiis ab eo concessis, quas quilibet per opera meritoria ad illas recipiendas constituta recipit, qui respectu Papae non magis dicitur subditi unus, quam alter, cap. cautus per notandum, 9. q. 3.

¶ Vtrum autem Episcopus existens extra Episcopatum possit concedere homini eiusdem Indulgentiam intra suum Episcopatum quaterendam? aliter respondet Lanor. d. c. 11. n. 35. Vtrum vero possit Episcopus concedere Indulgentias, nisi subditi in aliena diocesi existentibus? similiter affirmant Socin. d. c. 11. disp. 5. sect. 3. n. 17. & citati per me de off. & potest. Episc. p. 3. allegat. 38. n. 25. & 26. & me citato Lanor. d. c. 11. n. 36. ubi n. 37. resoluit posse Episcopum concedere suo subdito Indulgentiam quadraginta dierum visitanti talem Ecclesiam, quamvis ea sit in aliena diocesi.

In gloss. Ut possint, ibi, nam pro omni peccato datur pena debetur, temporalis, & aeterna, &c. De his late Lanor. d. p. 2. c. 2. n. 17. cum segg.

In ead. gloss. ibi, Cum peccatum per contritionem, &c. Notatur ad hoc, quod ad consequendam Indulgentiam non necessarium requiritur ut praecedat confessio actualis.

S V M M A R I V M.

- 1 Indulgentia, quae conceduntur per Pralatum non subditis, non prosunt nisi proprii iudicet hoc concedant.
- 2 Indulgentias alienis subditis Pralatus concedere non potest, nisi proprii Episcopi consentiant.
- 3 Indulgentias suis subditis in aliena diocesi concessis, potest Episcopus concedere.
- 4 Pena duplex, temporalis scilicet, & aeterna pro omni peccato debetur.

C A P. Quod autem. IV.

¶ I ndulgentia concessa à Pralato, v.g. in dedicatione, vel conferentibus ad fabricam, producit tantum pro subditis eius. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Burr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viu. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 251. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 744. remissive Ximen. in concord. p. 1. refertur Ant. August. collect. 1. Decret. lib. 5. tit. 33. cap. 1. est post Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 3. n. 1.

Collige ex text. Indulgentias illis tantum potest, qui Pralato indulgentiis subfunt, nam alienis subfunt Indulgentias concedere non potest, ut per de Indulgent. notabil. 3. num. 13. late Iul. Lanor. de Indulgent. & Indulgentiis, part. 2. cap. 11. a. non. 28. Sed si proprii Episcopi consentiant alieni subditi Indulgentiam, alio Lanor. d. c. 11. num. 29. ubi non. 31. cum Nauar. hoc proxime citato, consultit, ut peregrinantes manum faculitate Episcoporum suorum ad querendas Indulgentias alienorum Episcoporum, illis Indulgentias concessit ab Episcopo, exteris ad eam directionem venientibus non prosunt, & tali concessione non facta propter meritoria opera facta in alienis diocesis non recipiunt Indulgentias. Quod intellige de Indulgentiis concessis ab Ordinariis intentionem à Summo Pontif. secus de Indulgentiis ab eo concessis, quas quilibet per opera meritoria ad illas recipiendas constituta recipit, qui respectu Papae non magis dicitur subditi unus, quam alter, cap. cautus per notandum, 9. q. 3.

¶ Vtrum autem Episcopus existens extra Episcopatum possit concedere homini eiusdem Indulgentiam intra suum Episcopatum quaterendam? aliter respondet Lanor. d. c. 11. n. 35. Vtrum vero possit Episcopus concedere Indulgentias, nisi subditi in aliena diocesi existentibus? similiter affirmant Socin. d. c. 11. disp. 5. sect. 3. n. 17. & citati per me de off. & potest. Episc. p. 3. allegat. 38. n. 25. & 26. & me citato Lanor. d. c. 11. n. 36. ubi n. 37. resoluit posse Episcopum concedere suo subdito Indulgentiam quadraginta dierum visitanti talem Ecclesiam, quamvis ea sit in aliena diocesi.

In gloss. Ut possint, ibi, nam pro omni peccato datur pena debetur, temporalis, & aeterna, &c. De his late Lanor. d. p. 2. c. 2. n. 17. cum segg.

In ead. gloss. ibi, Cum peccatum per contritionem, &c. Notatur ad hoc, quod ad consequendam Indulgentiam non necessarium requiritur ut praecedat confessio actualis.

De Pœnitent. & Remiss. Tit. XXXVIII. 277

actualis, vt per Nauar. in comment. de Iubileo, not. 18. à num. 8. Soar. tom. 4. de Pœnit. disp. 5.2. sect. 3. n. 1. Rutil. Benzoni. de Iubileo, lib. 5. c. 15. dub. 4. Hieron. Gratian. in simili tract. p. 2. & 12. Pinel. de indulgent. c. 13. Filliuc. tom. 1. tract. 8. c. 9. n. 143. Bonac. de Sacram. disp. 6. q. 1. puncto 5. n. 6.

S V M M A R I V M.

- 1 Pœnitens verè non est, qui peccandi animum non deponit, eius tamen confessio recipitur.
- 2 Pœnitens verè ille dicitur quando ita peccata mortalia displicuerint, vt ob nullum bonum querendum, vel malum vitandum, ea denno admittere proponat.
- 3 Pœnitens verè vt quis censetur non est necessarium credere se nunquam denno lethaliter peccaturum, sed sufficit concipere odium omnis peccati mortalis, & dolere quod concipere nequeat.
- 4 Contritio an requiratur propositum implicitum vitandi peccata in futurum, an vero requiratur implicitum, ostenditur.
- 5 Meretrices debent audiri in sacramentali Confessione.
- 6 Opera bona facta extra charitatem quos effectus operentur, ostenditur.
- 7 Pœnitentia facta in peccato mortali an renouetur adueniente gratia quoad effectum satisfaciendi ex opere operato, remissum.

C A P. Quòd quidam. V.

POENITENS verè non est, qui peccandi animum non deponit, eius tamen confessio accipienda est, & celebris de salutaribus monitis pœnitentia indicenda. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ioan. à Capistr. Viu. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 252. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 745. remissum Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 2. Decret. lib. 5. tit. 17. c. 1.

- 1 Probat hic text. non esse verè pœnitentem, qui peccandi animum non deponit, tunc enim ille dicitur verè pœnitens, quando ita peccata mortalia displicuerint, vt ob nullum bonum querendum, vel malum vitandum, ea denno admittere proponat, vt per Nauar. de Iubileo & indulgentiis, notab. 17. num. 9. quem refert, & sequitur Iul. Lauer. eodem tract. part. 2. c. 1. n. 7. 6. resoluens non esse necessarium ad veram pœnitentiam credere nunquam nos denno lethaliter peccaturos, sed sufficere concipere odium omnis peccati mortalis, & dolere, quod concipere nequeamus, & ita non requiri, vt pœnitens habeat huiusmodi credulitatem se non amplius peccaturum mortaliter, sed sufficere, vt habeat propositum non amplius peccandi in futurum, tenent Soar. tom. 4. disp. 4. sect. 3. num. 5. Zerol. de pœnitent. cap. 7. quæst. 9. Valer. Reginald. in praxi fori Pœnitent. lib. 5. num. 34. & 56. & alij quos refert, & sequitur Bonacin. de Sacrament. disput. 5. sect. 1. punct. 8. num. 3. vbi n. 2. disputat quæstionem illam, vtrum ad contritionem sufficiat propositum implicitum vitandi peccata in futurum, an verò requiratur explicatum, & postquam pro vtrique parte plures refulit DD. vtramque opinionem veram esse asserunt, & in praxi tenet consulendum esse propositum actuale, cum hoc sit tutius, & securius remedium ad iustificacionem, & vsu magis receptum, quanquam non videatur estimandum inualidum Sacramentum susceptum ab eo, qui bona fide detestatur peccatum, illudque confitetur absque formali proposito, citat & Soar. d. tom. 4. disp. 20. sect. 4. mon. 34. Reginald. d. lib. 5. n. 58. Barbos. Collect. Tom. 111.

Bellarmin. de Pœnit. lib. 2. cap. 6. ad finem, Pitigian. p. 2. distinct. 14. q. 3. art. 8. concl. 3.

Confessionem recipere debet, &c.] Notatur ad hoc, quod meretrices debent audiri in sacramentali Confessione, vt per Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verbo lupanaria, §. 2. vbi etiam resoluit, quod non sunt absoluen- da, nisi certò promittant abstinere in futurum, quod probabiliter tunc credi potest quando relinquunt re- ipsa tum peccata, tum peccatorum occasiones.

In glos. Non sit vero, ibi, nam omnia bona, quæ quis- que facit in vita, &c. Multos effectus, quos operantur bona opera facta extra charitatem, commemorant Nauar. in c. alma mater, p. 1. §. 4. n. 12. & §. 5. n. 1. col. 4. & 5. Nauar. in manuali c. 37. n. 277. Suar. tom. 4. disput. 37. sect. 1. & alios plures, quos refert. Iul. Lauer. d. tract. de Indulgentiis p. 1. c. 5. n. 45. & c. 14. n. 60. & 61. Bonacin. de Sacrament. disp. 5. q. 6. sect. 4. punct. 1. n. 2. vers. res- pondeo, Zerol. de Pœnitent. c. 25. quæstio 28. ex quibus colligitur quod profunt ad implenda præcepta, ad excolendum à nouo peccato, ad illustrandam men- tem peccatoris, vt suum malum peccator agnoscat, & eius pœniteat, ad querendum virtutes morales nec peccatum ad aliud suo pondere trahat, ad querendam cordis lætitiā, ne Angelus custos nos omnino de- stituat, ne tam citò Deus nos puniat. Non tamen opera facta in peccato mortali profunt ad querendam, vel augendam gratiam gratum facientem, vel gloriam bea- tificantem, ambil de consecrat. distinct. 5. cuius vniuer- sale dictum limitat glos. ibi, vt procedat quoad vitam, idest, quoad gratiam, & gloriam præfatas, quia quo ad temporalia prodest, c. si qualibet, 2. q. 2. Nauar. in cap. quærat, §. quod autem, de Pœnit. disp. 3. An pœnitentia facta in peccato mortali renouetur adueniente gratia quoad effectum satisfaciendi ex opere operato, vide eundem Lauer. d. p. 2. c. 5. n. 35. in fine. Et an opera mor- tificata per peccatum, valeant per subsequentem pœ- nitentiam ad vitam æternam consequendam, vide Bo- nac. & ab eo citatos d. punct. 1. n. 3.

S V M M A R I V M.

- 1 Ieiunare debens ex pœnitentia iniuncta in pane & aqua, potest deficiente pane aliis cibariis vri.
- 2 Ieiunare qui tenetur dies aliquos in pane & aqua, exigente necessitate cum superiori auctoritate po- test vti leguminibus, piscibus aut aliis cibis ad sustentationem.

C A P. Licet. VI.

IEIUNARE debens ex pœnitentia iniuncta in pane, & aqua per aliquot dies, & non habens panem potest vti leguminibus, piscibus, & aliis cibis, non ad delicias, sed ad sustentationem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ioan. à Capistr. Viuian. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 252. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 745. remissum Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Anton. August. collect. 2. Decret. lib. 5. tit. 5. c. 3. & alia pars est supra in c. licet de feriis.

Si necessitas id exposcat.] Ergo si necessitas coepta non sit, necessaria est Prælati superioris auctoritas, vt qui promisit vel tenetur ex alia causa dies aliquos ieiunare in pane, & aqua, possit vti leguminibus priori- bus, aut aliis cibis ad sustentationem, ita Couar. in cap. quævis pactum. p. 1. §. 3. n. 4. prope finem.

In Canonibus pœnitentialibus ad hoc propositum ita habetur. Insuper notandum est, quod si pœnitentia

A a in

in pane, & aqua imponatur non habenti panem, potest loco panis, leguminibus, & pisciculis vesci, & etiam aliis, si necessitas illud requirit, extra de panis. & remissio licet in text. & glos. alias non licet, refert Iulius Lauror. in tract. de Iubilao, & Indulgen. p. 2. c. 2. n. 47. vof. in super. pag. 25.

SUMMARIVM.

- 1 Sacerdotibus Græcis procurantibus, vel studiosè negligentibus oppressionem filiorum, non imponitur penitentia publica, sed debent abstinere ab Altaris officio, & aliter in secreto agere penitentiam; sed si delictum est publicum, debent publice agere penitentiam.
- 2 Matrimonium ut ante Ordines licitum est Sacerdotibus Græcis.
- 3 Ignorantia crassa est, quæ ex lata culpa in adhibenda diligentia procedit.
- 4 Irregularis sit parens, qui infantem lecto positum oppressit.
- 5 Penitentia hodie sunt arbitraria Confessoribus.

CAP. Quæsitum. VII.

Cælest. III.

- 1 Sacerdotibus Græcis, quorum filij reperiuntur in lectis mortui oppressi, si ipsi procurantibus, vel negligentibus accidit, imponitur penitentia, ut perpetuo abstinere ab Altari, & gravior penitentia illis, quam laicis imponitur, non tamen publica, si delictum non fuit publicum. Si verò ex incuria eorum filij inveniuntur mortui in cunis, & hoc est occultum, imponitur penitentia ad arbitrium penitentiarij, & in terrorem aliorum debent à celebratione Missarum ad tempus abstinere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Ioan. Andr. Host. Butr. Anch. Panorm. Marian. Socin. Ioan. à Capistr. Viulan. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 252. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 744. remissive Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Anton. Aug. collect. 2. Decret. lib. 5. tit. 17. c. 2.

2 Quibus legitimo matrimonio licet uti.] Notatur ad hoc, quod Sacerdotibus Græcis licitum est uti matrimonio ante Ordines, ut per Ludon. Lopez in instruct. Conscientia, p. 2. de matrim. c. 49. colum. 1. vers. ad verbum, Couat de spons. p. 2. c. 6. §. 3. n. 2. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 13. c. 12. §. 1. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 28. n. 6.

3 Vel studiosè negligentibus, &c.] Notatur ad hoc, quod ignorantia crassa est, quæ ex lata culpa in adhibenda diligentia procedit, ut per Sanch. de matrim. lib. 9. disp. 28. n. 32. vbi n. 34. per hunc text. resolvit solam culpam latam, quæ ex ignorantia, & negligentia crassa procedit, sufficere ad irregularitatem. Ignorantia enim crassa non excusat, & habetur pro scientia, Cavalier. decis. 198. n. 4.

4 Ab officio Altaris debent, &c.] Notatur ad hoc, quod sit irregularis parens, qui infantem lecto positum oppressit casu sine lata culpa, ut per Henric. in summa lib. 12. c. 1 §. 1. in fine, & §. 7. prope finem, vbi in comment. lit. B, dicit, quod sacerdos Græcus, cum utatur Matrimonio, tenetur cautius evitare periculum comprimendi infantem suum in lecto positum, Ludovic. Beja respons. casuum Conscientia p. 2. casu 26. vers. & quod omisso. Et demum quod incurritur irregularitas à parentibus tenentibus in lecto infantem, si noctu dum ipsi dormiunt, suffocatur, tradunt Nau. in man. c. 27. man. 220. vers. 25. Maiol. de irregul. lib. 5. c. 48. §. 3.

n. 9. Vinald. in candel. aureo, tit. de irregul. n. 243. Sane de consur. disp. 45. §. 1. c. 6. n. 15. Sayr. in simili tract. lib. 7. c. 21. c. 21. quorum plerique, & præcipue duo vltimo loco citati hoc ipsum declarant in duobus casibus non procedere, primo quando ex circumstantiis, de quibus ibi per eos nulla verisimilis ratio periculi superat, secundo quando parentes ita inopes erant ut ob fugam infantem lecto foueant, subdunt tamen prædicti Doctores quod nec etiam prædictæ excusationes continent evitare irregularitatem quando adesse contra excommunicationis, ut communiter fulminatur in Episcopis in suis diocesis contra eos, qui culpatim suffocant infantes in lecto.

Eis penitentia pro arbitrio, &c.] Notatur ad hoc, quod hodie penitentia sunt arbitraria Confessoribus ut per Vinald. in candelab. aureo, tit. de sacris. n. 11. Rebuff. in repetit. cap. omnis vtriusque sexus, infra hoc verbo inueniunt penitentiam, vers. hodie vero, lat. & eleganter Cortolan. Capicin. de casibus irregul. p. 1. §. 1. art. 2. n. 7. cum segg. Humad. l. 2 §. 1. n. 4. parit. 1. Menoch. de arbit. casu 39. l. 1. n. 1. plures per Cened. ad Decret. collect. 9. num. 5. vbi n. 6. dicit, quod in totum Sacerdotis arbitrio tribuitur circa penitentiam, quod ipse potest absolueri nulla impolita penitentia, & maximam viderit contritionem, per glos. verbo alius, in c. mensuram, de penitent. dist. 1. Duen. regul. 24. num. 2.

SUMMARIVM.

- 1 Sacerdotis arbitrio penitentia moderata debet secundum quantitatem excessus penitentis, & contritionem, & circumstantias.
- 2 Circumstantie in confessione necessario explicandæ ostenduntur.

CAP. Deus qui. VIII.

Innoc. III.

Poenitentia est moderanda arbitrio Sacerdotis discreti, quam debet imponere non magis quantum excessus, sed moderate considerata contritione penitentis, & qualitate personæ, ac consideratis omnibus circumstantiis superforicatione, adulterio, homicidio, perituro, & aliis criminibus, præsertim si persona let noniter conuersa, prout iudicabit expedire saluti ipsius. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ioan. à Capistr. Viu. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 253. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 795. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. collect. 1. Decret. lib. 5. tit. 20. cap. 1. & pars text. in cap. Deus, qui, de vita & honestate Clericorum, & de disortis.

Consideratis circumstantiis omnibus.] De circumstantiis in Confessione necessariis explicandis, vide Notitias in Confessione necessariis explicandis, vide Notitias in man. c. 6. n. 3. & in c. consideret, de Penitentia, dist. 1. c. 10. cum segg. Henric. in summa, l. 5. art. 6. cum segg. Ioan. in addu. q. 10. §. de integritate Confessionis, dist. 1. in praxi penit. c. 12. Nugn. in addu. ad 3. p. 9. art. 2. dub. 2. Sayr. in clauis Regia lib. 2. c. 7. Luc. Pinel de Sacram. Penit. tract. de Confess. c. 3. cum segg. Petr. Leclerc. in summa part. 1. vbi de Sacramento Penitentia. l. 1. vbi lent. rom. 4. dist. 7. q. 11. p. 1. Valer. Regia in praxi fori Penit. lib. 6. n. 110. cum segg. Agid. de Sacramento & consur. tom. 2. dist. 7. man. 8. cum segg. late Bonarota de Sacramento. disputat. 5. quasi 5. §. 1. dist. 1.

ex quibus tres propositiones in hac materia certissimæ constituantur, prima est, quod circumstantiæ notabiliter minuantes non sunt necessariæ exprimende, nisi speciem mutant, quia in Trident. Concil. sess. 14. de Sacram. Pœnit. c. 5. vers. colligitur, generaliter asseritur omnes circumstantias mutantes speciem constituendas esse; ergo licet inferre circumstantias notabiliter minuantes non esse necessariæ explicandas in Confessione, nisi speciem mutant, alioquin Concil. Trident. videtur defecisse in traditione doctrinæ adeo necessariæ: tum quia, cum circumstantiæ minuantes adiunguntur potius ad excusandum poenitentem, quam ad exprimenda peccata, necesse non videtur per se loquendo tales circumstantias exprimere, nisi fortè Confessarius iusta de causa de illis poenitentem interroget, aut nisi tales ita minuant peccatum, ut peccati speciem mutant, quod non tradit Iulius Lanor. in tract. de Indulgentia p. 1. c. 14. n. 51. Secunda habet circumstantias notabiliter aggravantes intra eandem speciem non esse necessariæ explicandas, quia Concil. Trident. dicto loco tradens exactam doctrinam eorum, quæ necessaria sunt ad Pœnitentiæ Sacramentum, asserit illas circumstantias explicandas esse in Confessione, quæ mutant speciem, ergo videtur virtualiter supponere, & implicitè indicare non esse necessariæ explicandas circumstantias tantummodo aggravantes: tum quia nimis angustaret fideles ex tali obligatione cum pauci bene cognoscant, & rite intelligant quænam sint circumstantiæ aggravantes; tum quia hæc sententia videtur magis vñ recepta etiam ab omnibus probate, & timoræ conscientie, quam vis contraria, quam sustinent Gabr. Maior. Sot. Adrian. Henric. & alij, quos refert, & sequitur Iulius Lanor. d. c. 14. n. 53. non sit improbabilis. Tertia est, quod circumstantiæ mutantes speciem necessariæ explicandæ sunt in Confessione ob expressam decisionem Concil. Trident. d. c. 5. quæ autem sint huiusmodi circumstantiæ mutantes speciem, vide per Doctores supra citatos.

S V M M A R I V M.

- 1 Compendium huius text. refertur.
- 2 Mulier, quæ viro cohabitans ex adulterio concepit, minimè tenetur in utroque foro suum crimen marito, vel filio revelare.
- 3 Mulierem de adulterio concipientem quomodo Confessarius possit absolvere eo casu, quo adulterinus filius in bonis mariti succedat, & excludat legitimum ostenditur.
- 4 Mulier ex adulterio filium habens an teneatur cum periculo in famia cessante mortis periculo veritatem patefacere, si revelatio profutura speretur, ostenditur.
- 5 Adulter, qui filium suscepit ex adulterio, illumque reliquit inter filios legitimos mariti adultera, an teneatur occurrere damno hereditatis, quæ legitimis hereditibus adimitur, vel damno dotis, quam pater putativus tradit puella spuria, credens eam esse propriam filiam.

CAP. Officij. IX.

Pœnitentia sicut non est deneganda mulieri, quæ de adulterio concepit ignorante marito, & prolem habuit, licet ex timore nolit hoc marito ostendere, sic etiam non est deneganda poenitentia mulieri, quæ incito viro suppositi sibi partum, ne hereditas mariti transcat ad alios, præfictum alienos; Colligitur ex Ordin. Abb. antiq. Innot. Collect. Zabari. Ioan. Andr. Barbof. Collect. Tom. III.

Hofst. Butt. Anch. Panorm. Marian. Socin. Ioan. à Capistr. Cened. collect. 7. 5. Vinian. in ration. lib. 5. iuris Pœnit. pag. 253. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 745. remissive Casal. in annor. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. collect. 3. Decret. lib. 5. tit. 20. c. 2. & pars huius cap. sunt text. in cap. officij. de testibus, & de sentent. excom.

Non est poenitentia deneganda. Ergo mulier, quæ viro cohabitans ex adulterio concepit, minimè tenetur in utroque foro, exteriori, scilicet, & interiori, suum crimen marito, aut etiam filio revelare, nam certum est in utroque foro filium non teneri mariti asserenti illum ex adulterio conceptum, fidem adhibere, ut ex Corn. Sot. Medina. & aliis comprobatur Gutier. canon. lib. 1. c. 38. n. 30. & ante eum Menoch. de arbit. casu 39. n. 28. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 2. tit. 14. num. 8. Less. de inst. lib. 2. c. 10. dub. 7. n. 51. Paul. Layman. loco infra citando, n. 1. vers. accedit, atque ita hæc proprii criminis revelatio in notabile honoris, & famæ ipsius mulieris detrimentum nullum speratur habitura effectum, & quod propter eam hereditas mariti, cuius filius creditur, ad legitimos deferatur hæredes, principium autem est, quod nemo tenetur crimen suum revelare, nec debet pati honoris iacturam, præcipue sine fructu, & spe aliqua. quod erit profutura, c. quis aliquando, §. non tibi dico, de pœnit. dist. 1. ergo merito sic decidit text. in præfati. ubi omnes docent, Navar. in man. c. 16. à n. 43. Conar. in reg. peccatum. p. 1. in initio, à n. 3. Lud. Lop. in instruct. conf. p. 1. c. 88. Henric. in summa lib. 11. c. 21. §. 3. Vivald. in candelabro aureo, p. 3. c. 2. Petr. Navar. de restit. lib. 2. c. 408. & lib. 3. c. 1. n. 115. Valq. in opus. de testam. c. 5. n. 3. Lactant. Finell. casu reservato 10. n. 17. Paul. Layman. in Theologia morali, lib. 3. tract. 3. p. 3. c. 14. n. 1. Gutier. d. c. 38. Sayr. in clavi Regia, lib. 8. c. 3. n. 5. plures per Cened. ad Decret. collect. 7. n. 3. qui omnes ampliant, etiam si mulier probabiliter credat revelationem profuturam, si enim imminet periculum mortis non tenebitur cum detrimento, & periculo vitæ crimen suum detegere ad refarciendum damnum legitimis hæredibus illatum in hereditate, quæ pertinet ad bona Ordinis inferioris, ad quorum restitutionem nemo tenetur cum iactura bonorum superioris Ordinis, ex doctrina Scot. in 4. dist. 15. q. 2. art. 6. Caiet. 2. 2. q. 62. art. 6.

De modo autem, quo se gerere debeat mulier, atque etiam Confessarius ut eam absolvat multa scribunt nostri, & Theologi supra citati. Primò, ut suadeat spurio intrare religionem, in qua professus non succedat in bona, ad quod tamen non tenetur mater ex iustitia, quia forte spurius non habet vires, & aptas conditiones ad onera religionis, nec vocationem Dei. Secundò, quod mater prope mortem debeat id aperire spurio, aut aliis præsertim ut legitimus succedat in primogenitura mariti: sed quia spurius non tenetur in summi præiudiciu mariti revelanti credere, etiam in mortis articulo, perpendat Confessarius, ne ultra modum compellat matrem, quia illa vix tenetur pro ea spe parum probabili ac inutili detegere crimen adulterij cum magno sui honoris, ac filij spurij detrimento: Satis ergo erit, ut de bonis propriis filium legitimum meliores, vel aliis hæredibus in tertio, & quinto, ita ut hoc modo refarciat damnum quoad potest. Sed quia ad hoc DD. varios exquisierunt modos restituendi damnum in terminis, de quibus agimus; & vniuscuiusque opinionem recensere longum esset, ideo remitto Lectorem ad DD. supra citatos, quibus addo Nau. in cap. inter verba, concl. 4. n. 5. Guillelm. in c. Rayntrius, de testament. verbo in extremis positus, n. 24. Medina. in c. de restitu. q. 3. causa 4. Anton. Cordub. in tract. casuum conscientie, q. 102. Paleot. de nobis, & spuris, c. 24.

Petr. Nauar. tom. 2. de restit. lib. 3. cap. 1. à n. 151. Anton. Gomez. l. 9. Tauri. n. 3. Mench. illustrum. lib. 1. c. 48. à num. 26. & à n. 34. Boët. decis. 299. Malcard. de probat. concl. 708. à n. 2. Perez l. 2. vers. dubium autem. tit. 15. lib. 8. Ordin. pag. 300. Viuian. tom. 2. commun. opin. lib. 9. tit. 7. n. 3. col. penult. vers. quia ergo. pag. 463. Henric. in summa. lib. 9. c. 2. §. 3. Sayr. in clau. Regia lib. 10. tract. 5. c. 6. n. 43.

4 Si autem cessante mortis periculo, reuelatio profutura speretur, an cum periculo infamiae teneatur veritatem patefacere; variae sunt opiniones, quas videbis apud Sayr. d. cap. 3. n. 14. vbi sequitur distinctionem Ludouic. Lopez in d. cap. 88. & Tolet. in summa. lib. 5. cap. 11. omnes autem post Alciat. de presumpt. reg. 3. presumpt. 37. num. 6. vers. sed vide, reprobant cautelam, qua vsa est quaedam vidua plures habens filios, quorum vnus erat ex adulterio concepitus, morti enim proxima omnes ad se venire iussit, & dixit, vnus vestrum ex adulterio natus est, ne moriar cum tam gravi periculo, intendo reuelare, vt omnes ad inuicem remittatis, quod vnus habet aduersus alterum: vnusquisque de se ipso dubitari cepit, atque ita omnes concesserunt: sed merito contra Alciat. notant reliqui omnes minime tutam esse, sed fraudis, & doli plenam huiusmodi cautelam, vt post Covar. d. p. 1. §. 1. n. 6. & Menoch. d. casu 89. à num. 29. notant Gutier. d. cap. 38. à num. 25. & post Salon. Sayr. d. cap. 3. num. 15.

5 Verum autem adulter, qui filium suscepit ex adulterio, illumque relinquit inter filios legitimos mariti adultera, teneatur occurrere damno hereditatis, quae legitimis hereditibus admittitur, vel damno dotis, quam pater putatius tradidit puellae spuriae, credens eam esse propriam filiam? quaestio est dubia, in qua vna sententia tenet adulterum ex quo suspectus est spurius, teneri sicut adulteram ad refarciendum damna subsequuta, quia adulter non minus quam adultera est causa talis damni, & ideo ita resoluunt Arnail. verbo adulterium, num. 7. Nauar. in man. cap. 16. n. 40. Jacob. de Grassi. in aureis decis. part. 1. lib. 2. cap. 132. num. 36. Arag. 2.2. quest. 62. art. 6. Fr. Emman. in summa. tom. 1. c. 188. num. 1. Alphons. de Vega in summa. tom. 1. cap. 13. casu 8. Turrian. 2.2. tom. 2. disp. 30. dub. 2. Megala in 2.2. lib. 1. cap. 2. num. 13. Nalder. etiam in 2.2. tract. 3. c. 4. dub. 9. Azor. in instit. moral. part. 3. lib. 5. cap. 6. q. 6. & 7. Valq. in opus. de testam. c. 5. §. 1. n. 22. Finell. de casib. reserv. casu 10. num. 18. Less. de instit. lib. 2. c. 10. dub. 6. n. 46. Rebel. de obligat. iustit. p. 1. lib. 3. q. 10. n. 11. Valer. Reginald. in praxi fori poenit. lib. 10. cap. 19. q. 3. n. 277. Verum licet haec sententia sit communiter recepta, tamen existimo si adulter cognoscat esse suam prolem, non teneri ad refarciendum damna legitimis filiis, modo ipse non fuerit auctor suppositionis, & ratio est, quia horum damnorum sola adultera est causa, quia ipsa filium adulterinum supponit tanquam filium legitimum, cum tamen adulter non supponat, sed solum tacendo permittat vt filius adulterinus supponatur, & sic non est causa proxima illorum damnorum, sed remota, cum ipse non intenderit generare, sed solum explere suam libidinem, quare hanc partem sustinent Sor. de iustit. lib. 4. q. 7. art. 2. Henric. lib. 1. de Matrim. c. 2. §. 3. Barthol. à S. Fausto in speculo Confession. disp. 23. q. 8. n. 8.

S V M M A R I V M.

- 1 Abbatisa Moniales benedicere, Confessiones audire, & publice predicare non potest, & n. 2.
- 3 Mulieres ordinari non possunt.

- 4 Declarantur text. in cap. mulieres 32. dist. 8. q. 1. cap. Diaconissam 27. q. 1.
- 5 Mulieres sunt incapaces beneficiorum.
- 6 Excommunicare, aut interdicere non possunt mulieres, nisi ex Papa commissione, siue privilegio.

CAP. In noua. X.

Abbatissa non potest proprias Moniales benedicere, nec Confessiones audire, nec publice predicare, quia B. Virgo licet fuerit dignior Apostolis, tamen non ei, sed Apostolis fuit hoc concessum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zanard. Ioan. Andr. Ioan. à Capistran. Holl. Battr. Anchar. norm. Marian. Socin. Viu. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 254. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 745. remissit Ximen. in concord. part. 1. c. 2. refertur ab Anton. August. collect. 4. Decretal. lib. 5. tit. 2. cap. 1.

Hanc eandem conclus. ex hoc text. inferunt Decretal. in cap. 2. num. 149. & seqq. de iudic. Beller. de poenit. clerical. part. 1. tit. de discipl. clerical. §. 8. num. 5. tam licet apud Ethnicos mulieres fingerent officio sacerdotum, vt refert Palat. lib. 6. de legibus, & Dionys. Halicarn. in 2. antiq. Roman. tamen in lege Graeca potestas Clanium non cadit in sexum femininum, vt per consequens feminae ordinari non possunt, qui nunquam legitur Christus alios ministros instituisse, quam viros, tum etiam quia si feminis in Ecclesia qui non licet, Apost. ad Timoth. 2. multo minus licet Sacramenta ministrare, quod est quid maius, quam illi qui in Ecclesia, quare mulieres ordinari non possunt. Felin. in cap. delicta. n. 4. & 5. de maiorib. & obedi. S. Thom. in 4. dist. 25. q. 2. art. 1. & 2. Soar. de capis. disp. 51. §. 1. in princip. Valquez disp. 245. num. 1. cap. 2. vers. ego vero, Reg. de Sacrament. & capis. disp. 20. dub. 10. num. 94. Valer. Reginald. in praxi fori poenit. lib. 32. num. 29. Henric. in summa lib. 11. cap. 8. num. 6. Valent. tom. 4. disp. 9. quest. 1. punct. 1. ad finem, Bonacin. de Sacrament. disp. 8. quest. cent. punct. 5. num. 5. D. Thom. in addis. ad 3. part. quest. 39. art. 1. Victor. relect. 2. de potest. Ecclesia. quest. 2. n. 3. Sor. in 4. dist. 25. quest. 1. art. 2. concl. 1. Angles in presb. Theologicis, quest. de Clauibus, art. 1. disp. 1. Henric. lib. 1. cap. 21. §. 2. lit. N. cum seqq. & lib. 6. cap. 21. §. 3. & lib. 10. cap. 16. §. 1. lit. A. agnoscit de potestate censurarum late Soar. de censur. tom. 1. disp. 2. section. 3. num. 2. hinc notantes feminas ipsa iure diuino incapaces esse eorum, quae sunt Ordinis, & per consequens irregulares non esse ratione sexus, vel etiam ob quamcumque causam superuenientem, quae esset sufficiens in viris ad irregularitatem contrahendam, est etenim irregularitas impedimentum Canonicum, id est, legis Canonicae, & dicuntur irregulares, quia excipiuntur à regula secundum quatuor omnes, qui capaces erant, attenta Lege diuina poterant promoueri: at verò sexus femineus ipsa Lege diuina impeditur, & incapax est suscipiendi Ordinis, & per consequens in eum irregularitas non cadit, aduertit Sor. ubi proxime, art. 2. in princip. & multis alibi, et late Henric. d. lib. 4. cap. 2. in princip. elegit ter Soar. tom. 5. disp. 40. section. 7. multiplicique ratione late confirmat Vinald. in candelabro aureo, p. 3. cap. 3. à princip. cum quo aduerte quod licet in feminis propriè non detur irregularitas, sed magis incapacitas ex ipsa Lege diuina ex dictis, respicienda tamen Religionis susceptae, vel suscipiendae multa possunt considerari impedimenta, propter quae aliquae mulieres inhabiles fiant ad aliquo officia Religiosa, vel

vel ad Religionem ipsam, quæ diligenter prosequitur Vivald. d. p. 3. c. 4. à n. 4. Quæ omnia confirmantur ex auctoritate Genes. 1. c. 3. ibi, *sub viri potestate eris*, quæ satis ostenditur statim ab initio generis humani fuisse sexum fœmineum virili subiectum, subindeque neque etiam profana munera, in aliqua Republica bene gubernata fœminis fuisse demandata, probat. 2. ff. de regulis iuris, ubi notant scribentes omnes, & multi, quos latè refert Duen. regul. 308. & ex Philosophis, atque bonis Auctoribus multa latè cumulat Iustus Lipsius *politicoorum lib. 2. c. 3.* Facit etiam quia minimè decebat pulchritudinem Ecclesiasticæ hierarchiæ fœminas admitti ad Ecclesiasticos gradus, & Ecclesiæ regimen, ex ratione, quæ colligitur ex Paul. 1. ad Corinth. 11. ibi: *Christus caput est viri, & vir caput est mulieris*, quia non vir ex fœmina primò, sed fœmina ex viro sumpta est; facit etiam ratio text. in l. 1. §. *sexum*, ff. de postulando, & quæ DD. communiter ibi notant ex adductis à Duen. reg. 311.

3 Non obstat, quod Abbatissa, & Præfæta Monialium Ecclesiasticam iurisdictionem habere nescuntur, c. dilecta, de maior. & obed. quia respondetur proibi addidi. Ad varia autem loca, quibus probatur mulieres prophetasse, Exod. 15. Judic. 4. & 4. Reg. 6. 22. Act. 21. respondetur nullum esse inconueniens mulieres prophetare, neque nobiscum pugnat huiusmodi argumentum, prophetia enim donum Dei est, seu gratia gratis data, quod fœminis, atque laicis potest pariter conuenire, non ita potestas spiritualis, ex supra positis rationibus, resoluit post Sot. Card. Bellarm. tom. 2. de Sacramentis in genere, lib. 1. c. 2. vers. ad loca illa pro fœmina, & multi alij, respondentes text. in cap. Diaconissam, 27. q. 1. & in cap. mulieres, 32. dist. vbi habetur mulieres Presbyteras, & Diaconissas prohiberi ordinari ante quadragimum ætatis annum, esse intelligendos de Diaconissis, non verè initiatis Ordine Diaconatus, sed destinatis ad quadam obsequia diuina in instruendis mulieribus Catechumenis ad Baptismum, ac per consequens de Presbyteris illis, non quidem insignitis sacro Presbyteratus Ordine, sed habentibus curam quadam rerum Ecclesiæ; vel meliùs forsan intelligendos de Diaconissis, & Presbyteris vxoribus Diaconorum, & Presbyterorum, vt alij respondent, & omnium latissimè Fr. Basil. Pont. de impedimentis matrimonij, c. 10. per totum.

5 Eodem etiam modo mulieres incapaces esse beneficiorum, tenent Lambert. de iure patronat. lib. 2. p. 1. q. 76. n. 1. cum seqq. Hojeda de incompatibil. benefic. p. 1. c. 24. n. 73. Rebuff. de pacif. possessor. n. 260. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 4. n. 200. sic etiam nec excommunicare, nec interdicere posse, nisi ex Papæ commissione, sine priuilegio, tenent Nauar. consil. 73. de sent. excommunic. Couar. in cap. alina mater, p. 1. §. 1. n. 2. Vgolin. de censur. tab. 1. c. 2. §. 7. n. 7. Soar. eodem tract. disp. 2. sect. 3. n. 7. Sayr. eodem tract. lib. 1. c. 5. n. 16. & 17. Bonacin. eodem tract. q. 1. punct. 1. num. 4. Fr. Emman. quest. regul. tom. 2. q. 107. art. 1. Gonzal. ad regul. 8. Cancel. gloss. 22. num. 19. Valent. tom. 4. disp. 7. q. 16. punct. 3. vers. finem, vbi cum Sot. rectè asserit prælatas mulierum religiosarum non habere propriam potestatem iurisdictionis spiritualis, sed solum habere commissionem quorundam actuum per ordinem ad correctionem, & disciplinam domesticam subditorum, & consequenter non posse sub mortali præcipere id, cuius transgressio non esset aliquin ex se peccatum mortale.

SYMMARIUM.

- 1 Interdicti tempore conceditur Pœnitentia & viaticum morientibus. Clerici, qui seruauerint interdictum generale, possunt cum silentio in cœmeterio sepeliri. In Conuentualibus Ecclesiis Clerici bini, vel trini possunt Horas submissa voce dicere.
- 2 Pœnitentiæ Sacramentum tempore interdicti non solem morientibus, & infirmis, sed etiam sanis, & beneuolentibus conceditur.
- 3 Excommunicatis non nisi in articulo mortis, Pœnitentiæ Sacramentum concedendum.
- 4 Eucharistia Sacramentum quatenus viaticum morientium tempore interdicti conceditur.
- 5 Declaratur text. in presenti.
- 6 Eucharistia Sacramentum dandum est temporè interdicti damnatis ad mortem.
- 7 Mortis articulus quis dicatur, ostenditur.
- 8 Sacramentum Extrema-Vnctionis nulli laico, vel etiam Clerico interdicti tempore ministrari potest.
- 9 Sacramentum Extrema-Vnctionis tempore interdicti ministrari potest, quando infirmus nullum aliud recipere valeat.
- 10 Sepultura Ecclesiastica vsus per omne interdictum sine locale, sine personale prohibetur etiam infantibus vsu rationis carentibus.
- 11 Sepultura Ecclesiastica prohibitio tempore interdicti, an locum obtineat in festiuitatibus, quibus diuina fieri iure conceditur, ostenditur.
- 12 Clerici etiam prime Tonsuræ, dummodo priuilegijs gaudeant Clericalibus, interdicti tempore possunt in cœmeterio Ecclesiæ sepeliri.
- 13 Clerici an tempore interdicti possint sepeliri in Ecclesiæ specialiter interdicta, ostenditur.

CAP. Quòd in te. XI.

Interdicti tempore conceditur viaticum, & Pœnitentia morientibus. Clerici qui seruauerint interdictum generale, si moriantur, possunt sepeliri in cœmeterio cum silentio, id est, sine solemnitatibus, & campanis. Item in Conuentualibus Ecclesiis bini, & bini aut terni possunt legere, non cantare Horas Canonicas ianuis clausis, exclusis excommunicatis, & interdictis, ita tamen submissè vt exterius non audiantur, quia simile priuilegium est concessum à Sede Apost. Regularibus. Item Cruce signatis, & peregrinis Pœnitentia concedi potest. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabara. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ioan. à Capistr. Vin. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 258. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 746. remissimè Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. August. collect. 4. Decretal. lib. 5. tit. 14. cap. 3.

Pœnitentia morientibus, &c.] Quamvis per text. in presenti, Sacramentum Pœnitentiæ tempore interdicti concedatur tantum morientibus, & infirmis, tamen nouiori iure c. alina, post principium, vers. quia verò, de sent. excomm. in 6. conceditur sanis, & beneuolentibus, vbi redditur ratio ibi, *propter prouidentiam, & facilitatem hominis ad peccandum summè necessaria est*, & notant Nauar. in manuali, c. 27. n. 178. Sayr. de censur. lib. 5. c. 7. n. 8. Soar. tom. 3. disp. 20. sect. 1. à n. 13.

Dupliciter tamen hæc doctrina limitatur, primò, vt non procedat in excommunicatis, his enim non nisi in articulo mortis pœnitentiam cōcedendam esse decidit text. in d. cap. alina, de cuius tamen intellectu

Aa 3

non mediocri est inter scribentes varietas. Angel. enim, Sylvest. & alij Summistæ, quibus magis assentiri videtur Soar. d. sect. 1. n. 16. in fine, iuncto præcedenti, interpretantur intelligendam esse hanc limitationem de solis excommunicatis propter causam interdicti, quia tempore interdicti non est prohibitum excommunicare, & absolvere ab excommunicatione, sicut neque prohibentur alij casus ad iurisdictionem fori exterioris pertinentes, ut post multos adductos resolvit Sayr. d. lib. 5. cap. 5. à n. 12. At verò Vgol. d. c. 7. §. certum, quem sequitur Sayr. d. cap. 7. num. 9. contendunt text. esse intelligendum generaliter de excommunicatis quocumque alio nomine, etiam extra causam interdicti, ex generalitate text. qui violenter restringitur ad excommunicatos ob solam interdicti causam. Ego tamen verius censeo esse, quod auctores prioris sententiæ resolvunt, quod scilicet text. ille vel debet intelligi de absolute excommunicationis reservatione, vel de absolute solemnem, vel, quod magis licet text. adaptatur, de excommunicatis ob causam interdicti. Limitatur secundò eadem concessio in iis, qui interdicti causam dederunt, vel consilium, auxilium, aut favorem delicto, propter quod latum est, non debent enim admitti ad Pœnitentiam, nisi prius satisfecerint, vel de satisfaciendo idoneam dederint cautionem, ut expresse decidit text. in d. cap. alma, vers. ult. etiam; unde pignoraticum, aut fideiussoriam necessariam esse, nec nudam sufficere rectè notat gloss. ibi, verbo idoneam, iunctis, quæ diximus ad c. 8. de rest. spoliat.

4. *Viatum etiam, &c.* Probat hic text. Sacramentum Eucharistiæ, quatenus viaticum morientium, tempore interdicti concedi posse, ut notant gloss. verbo Sacramentum, in d. cap. alma, & sequuntur ibi scribentes omnes, docent Calder. de interdict. part. 2. num. 3. Nauar. in manuali. cap. 27. num. 78. Conat. in d. cap. alma, p. 2. §. 2. num. 7. & §. 3. à princip. Henriq. in summa, lib. 13. cap. 4. §. 2. Vgol. de censur. tab. 5. cap. 7. §. 6. Sayr. eod. tract. lib. 5. c. 7. à num. 16. Bonacin. de censur. disp. 5. pun. 2. §. 2. n. 1. & notabiliter ex communi sententia ampliat Zambran. in tract. casuum Conscientiæ in articulo mortis, cap. 3. dub. 6. n. 5. non tantum semel, sed quoties expedierit sine Bulla, & privilegio posse constitui in articulo mortis dari Eucharistiā, tenent Soar. tom. 5. disp. 33. sect. 1. vers. de Eucharistia, Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 3. tract. 3. n. 26. qui etiam resolvunt per contrarium Eucharistiā, si per se non ut viaticum, & extra mortis periculum consideretur, interdicti tempore sanis ministrari non posse, ex ea ratione, quia in hac materia Sacramentorum tempore interdicti regula est, quod ea solum licent, quæ specialiter permittuntur; constat autem Eucharistiā solummodo concessam reperiri in hoc text. per modum viatici pro morientibus, nec iure nouo in cap. alma, circa hoc Sacramentum, ut tale aliquid immutatum est, licet ibi permittatur ut Sacrificium in §. ad vicinum.

5. Nec obstat si arguas ex ratione huius text. ex eo enim quod tempore interdicti morientibus pœnitentia concedebatur, colligitur, quod etiam Eucharistia denegari non debet, quare cum iam nouo iure Sexti non solum morientibus, sed etiam sanis pœnitentia concedatur, ut supra dixi, videtur inferri, quod etiam Eucharistia eis denegari non debet: quia responderetur distinguendo maiorem, quod scilicet non simpliciter conceditur Eucharistia in hoc text. illis, quibus pœnitentia conceditur, sed solum per modum viatici, quod solum, & propriè dicitur respectu morientium ut post Durand. & alios explicat Sayr. n. 23. & Soar. n. 31. locis proxime citatis.

Vnde damnatis ad mortem, quia verè morientibus & in articulo mortis constituti dici possunt, damnum esse tempore interdicti, receptissima est scribentium opinio. §. 3. n. 3. Henriq. d. §. 2. Vgol. d. c. 7. num. 3. Sayr. d. cap. 7. n. 17. Zambran. d. dub. 6. num. 6. Anil. ad censur. par. 1. disp. 4. sect. 1. dub. 4. concl. 2. Soar. tom. 5. disp. 33. sect. 1. n. 29. in fine, Fr. Emman. quest. regul. tom. 1. q. 109. art. 3. Zerol. in prax. Episc. p. 2. verbo Eucharistia, pag. 47. Soar. in clavi regia. lib. 7. cap. 11. num. 8. cum seqq. Bonacin. §. 1. ex n. 2. & faciunt tradita per Gam. in tract. de sacramentis præstandis ultimo supplicio damnatis, p. 1. n. 1. resoluentes generaliter articulum mortis in hoc proposito non fuisse esse intelligendum, sed faventibus, sufficere probabile periculum mortis, etiam violentiæ, quamvis evidens non sit, veluti multo prægnantis, vel inchoantis periculum magis negationem, aut intrantem periculum, vel si obediunt à validis hostibus, his enim & similibus casibus, quia probabile mortis vertitur periculum, interdicti tempore detentis denegandum non esse Eucharistiā faventibus interpretantur citati Doctores. Vnde ob hoc autem casu, quo Eucharistia, ut viciosa defectu ad infirmos tempore interdicti, licet esse potest, & solemnitate consecratam, & comitatum cum ministris, & campanula, recitatione hymnorum, & Plalmorum, licetque Sacerdotem in reditu, ut not est, Hostiam populo ostendere, & confessionem facere generale: hæc enim omnia pertinent ad maiorem tantum Sacramenti ornatum, & reverentiam, huiusque augendam devotionem, Nauar. n. 179. Conat. §. 3. n. 7. Henriq. §. 2. lit. F. Vgol. n. 6. Sayr. n. 26. n. 27. Anil. concl. 4. dist. loci, & qd. de Consecrat. Sacram. & censur. tom. 2. disp. 17. n. 44. Bonacin. d. n. 1. vers. dixi.

6. *Tem. Vnctio.* Notatur ad hoc, quod Sacramentum extreme Vnctionis nulli laico, vel etiam Clericali Religioso, si sufficienti privilegio muniti non sint, potest interdicti tempore ministrari, ut per Conat. in d. cap. alma, p. 2. §. 2. num. 7. vers. Extreme vntionis, Vgol. de censur. tab. 5. c. 7. §. 1. & c. 10. §. 1. Tolet. in summa, lib. 1. c. 53. n. 4. Henriq. in summa, lib. 13. c. 4. §. 4. Soar. tom. 5. disp. 33. sect. 1. n. 38. Sayr. de censur. lib. 5. c. 7. n. 29. Fr. Emman. d. q. 109. art. 3. Anil. de censur. p. 1. dist. 4. dub. 7. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 3. n. 27. Fr. Ludou. Mirand. in manuali Prælatum, tom. 2. q. 37. art. 8. concl. 3. in medio.

Verum quando infirmus nullum aliud potest recipere Sacramentum, tunc Vnctionis tempore interdicti ministrari potest, ut per Henriq. in summa, lib. 13. c. 4. §. 4. lit. F. latè Zambran. in tract. de casibus in articulo mortis, c. 5. dub. 7. à num. 5. & licet hunc eadem rationem potest contingere aduertat, eo tamen dno præcepto necesse est tunc faceret Soar. tom. 4. disp. 44. sect. 3. n. 7.

7. *Licet autem, &c.* Notatur ad hoc, quod vnde Eucharistia sepultura per omne interdictum sine licet, siue personale prohibetur, ut per Conat. in d. cap. alma, p. 2. §. 1. num. 3. vers. hoc autem, Vgol. d. c. 7. cap. 7. Henriq. d. lib. 13. cap. 4. §. 4. Anil. disp. 4. sect. 3. Soar. tom. 5. disp. 33. sect. 1. Fr. Emman. quest. regul. tom. 2. q. 109. art. 3. Non solum adultis, verum etiam infantibus Vnctionis carentibus, ut per Conat. d. p. 2. §. 4. n. 3. Henriq. d. §. 4. iuncto com. lit. I. Ludou. Mirand. in manuali Prælat. tom. 2. q. 37. art. 8. concl. 4. Soar. d. sect. 1. n. 27. ad finem, Fr. Emman. d. q. 109. art. 1. vers. parula, p. 1. Vgol. Sayr. d. lib. 5. c. 8. num. 41. & cap. 4. num. 2. ut dixi, quod idè infantes quoad Divina officia interdicti non includuntur, quia prohibitio interdicti quoad Divina officia est ne celebret, & ne Divina audiat officia, qui actus aliquam prærequirit orationem.

tionem, quæ non cadit in huiusmodi infantes. At vero sepulture prohibitio in eo consistit, quia Ecclesia interdicti tempore nullum cadaver admittit ex iuris prohibitione, ad quod nullo rationis discursu opus est, *Agid. d. disp. 17. a. n. 51.*

- 21 Prohibitio hæc Ecclesiasticæ sepulture tempore interdicti locum non obtinet in festiuitatibus, in quibus Diuina celebrari iure conceditur, & resoluunt Syluest. Angel. & alij, quos refert, & sequitur Henric. d. c. 4. §. 5. iuncto commento lit. A. & tanquam fauorabiliorem seruandam esse hanc partem scribit Nanar. in man. c. 27. n. 181. in fine. eandem benigniorem, iureque & æquitate defendi posse scribit Conar. d. p. 2. §. 3. n. 6. vers. 8. & constanter defendit Sayr. d. c. 8. a. n. 10. Verum contrariam opinionem, quod scilicet prohibitio generalis Ecclesiasticæ sepulture locum obtineat in dictis festiuitatibus, & in omnibus priuilegiatis casibus, in quibus conceditur facultas audiendi Diuina, tenet gloss. verbo *A iure*, in *Clement. 1. de sepulturis*, quæ sequuntur ibi Cardin. Bonif. Imola, & alij communiter in cap. alma, de sentent. excommunic. lib. 6. magis communem fateatur Con. d. §. 5. num. 6. vers. 8. Vgol. d. cap. 9. §. 1. & constanter Soar. d. disp. 3. §. sect. 1. num. 11. & 13. & hanc probabiliorē, & iur. magis conformem concludit Auila d. disp. 4. sect. 3. num. 7.

- 12 Clerici tamen etiam primæ tonsuræ, dummodo priuilegijs gaudeant Clericalibus, interdicti tempore possunt in cœmeterio Ecclesiæ sepeliri, vt per Nanar. d. n. 1. in fine, Couar. d. n. 7. vers. clerici. Vgol. d. c. 9. §. 2. Henric. d. §. 4. in princ. iuncto commento lit. X. Fr. Einman. d. q. 110. art. 1. Auila d. disp. 4. sect. 3. concl. 2. Sayr. d. c. 8. n. 6. Soar. d. disp. 3. §. sect. 1. a. n. 4. qui omnes aduertunt quod quamvis text. in present. concedat Clericis tempore interdicti vt in cœmeterio sepeliantur, hodie tamen liberum & licitum eis erit intra Ecclesiam sepeliri, quia olim honor iste sepulture intra Ecclesiam Episcopis, aliisque personis insignibus deferri cepit, vt probat text. in cap. nullus 13. q. 2. iuxta communem intellectum, de quo post gloss. Turrec. ibi in fine, quem alij sequuntur, vt constat ex Conrado Bruno de cœm. lib. 2. c. 2. vers. illud tamen, Petr. Greg. Synag. iuris, lib. 2. c. 12. n. 12. Hodie verò consuetudine effectum est, vt quod solis Episcopis, & personis insignibus concedebatur, quibuscunque siue Clericis, siue laicis licitum & liberum iam sit, vt per Durant. de ritibus Ecclesiæ, lib. 1. c. 2. n. 7. & 8. Spino in speculo testam. gloss. 2. princ. a. n. 30. Cened. ad Decretum collect. 46. num. 1.

- 13 Per generale interdictum, &c. Notatur ad hoc, quod gratia facta Clericis vt tempore interdicti in loco facio possint sepeliri, procedit tantum tempore interdicti generalis, vt per Innocent. & Ioan. And. in present. At verò Host. tnetur quod etiam habet locum quando Ecclesia est specialiter interdicta. Hæc contrarias opiniones sub distinctione nititur cõciliare Abb. in present. n. 10. vt scilicet prior procedat in Clericis alienis, qui sunt de aliis Ecclesiis, qui cum habeant Ecclesias proprias non interdictas, ad quas facile referri possunt, in eis sepeliri debent, neque expedit vt in aliis speciatim interdictis sepeliantur: altera verò habeat locum in Clericis eiusdem Ecclesiæ, in ea enim etiam speciatim interdicta sepeliri posse opetur priuilegium. Cæterum circa prius illud distinctionis membrum subdistinguat alij, vel enim in loco interdicto plures sunt Ecclesiæ, quarum vna solum interdictur, vel interdicuntur omnes; si vna tantum interdictur, procedit distinctio Abb. vt in ea sepeliantur Clerici proprii, non verò alieni si verò interdicantur omnes, poterunt sepeliri in qualibet earum Clerici

etiam alieni, ita Syluest. verbo *interdictum* §. q. 8. vers. 5. Henric. d. §. 4. Sed alij distinctionem improbant indistincte resoluentes Clericos eiusdem Ecclesiæ, vel etiam extraneos in Ecclesia speciatim interdicta posse sepeliri, etiam si alia eius loci interdicta non sint, hi sunt Sayr. d. c. 8. n. 15. Auila d. concl. 3. At verò Soar. inter alienos, vel eiusdem Ecclesiæ Clericos minime distinguendum putat, sed an omnes Ecclesiæ, vel vna tantum interdicatur, nam si omnes interdicantur, concludit omnes Clericos siue eiusdem, siue alterius Ecclesiæ sepeliri posse in qualibet specialiter interdicta: si verò vna tantum interdicta sit, nec alienos, nec eiusdem Ecclesiæ Clericos in ea sepeliendos esse, rationem inquit esse, quia priori casu interdictum omnium Ecclesiarum quoad hunc effectum generali æquiparat,

SYMMARIVM.

- 1 Confiteri saltem semel in anno tenetur quilibet doli capax proprio Sacerdoti, vel alteri de eius licentia, & Eucharistia Sacramentum ad minus in Pascha recipere, & Sacerdos reuelans Confessionem deponendus est, & in Monasterium ad agendam perpetuam pœnitentiam detrahendus.
- 2 Papa vi precepti humani ad semel in anno confitendum non tenetur.
- 3 Pueri censentur rationis compotes in ea ætate, in qua cognoscunt se graviter peccare, & discernere sciunt bonum a malo.
- 4 Peccata venialia tantum habens non obligatur præcepto confitendi, quod intelligit vt ibi.
- 5 Præcepto annuæ Confessionis satisfactio quocunque anni tempore confitendo.
- 6 Annus quoad Confessionem computatur à Paschate usque ad Pascha.
- 7 Sacerdos proprius sufficiens ad pœnitentia Sacramentum ille censeri debet esse, cuius assistentia, siue per se, siue per Sacerdotem à se ad eam delegatum ad Matrimonij validitatem requiritur.
- 8 Proprius contrahentium parochus quis dicatur, remissive.
- 9 Pœnitens an inuictam pœnitentiam teneatur accipere, remissive.
- 10 Communicans in hebdomada sancta, vel infra octauam Pasche satisfactio præcepto Ecclesiæ.
- 11 Confessionem omittentes, & sacram communionem semel in anno, sunt suspecti de heresi.
- 12 Sacramentalis absolutio non potest dari absenti.
- 13 Religiosus crediturus est pœnitenti dicenti se habere licentiam à proprio Parocho, vt illi ministret Sacramentum Confessionis, & Eucharistia.
- 14 Sacerdos proprius existens extra territorium potest absolvere Parochianum suum confiteri volentem.
- 15 Doctores referuntur de sigillo Confessionis agentes.
- 16 Confessionis sigillum tam strictè obligat, vt nullam omnino quantumcumque magnum incommodum evitandum, pœnitente inuito liceat aliqua, que sub sigillo cadunt, reuelare.
- 17 Confessarius quomodo se gerere debeat, si pœnitens confiteatur deliberationem disseminandæ heresis, vel perpetrandi aliquod magnum crimen, ostenditur.
- 18 Confessarius in testem presentatus, & iuramento adactus ad dicendum veritatem, dicere potest se nihil scire, vel audivisse, si de iis interrogetur, quæ per solam Sacramentalem Confessionem nouit.
- 19 Confessarius potest eos Matrimonio coniungere, inter quos legitimum impedimentum cognouit ex Confessione.

- 20 Peccata declarata in Confessione, & etiam alia, quæ in coram notitiam possunt alium adducere, ab sacramentali cadunt sigillo.
- 21 Confessarius potest peccatum auditum in Confessione reuelare de licentia penitentis.
- 22 Sacerdoti fide digno asserenti mortuum, seu morientem dedisse sibi licentiam de reuelanda Confessione creditur.
- 23 Sacerdoti non iurato creditur super Penitentia alicuius facta.
- 24 Probatio Confessionis reuelata de licentia penitentis, cui incumbat, offenditur.
- 25 Sacerdoti dicta in Confessione à penitente sine proposito confitendi, & absolutionem obtinendi, au cadat sub sacramentali sigillo offenditur.
- 26 Confessarius quibus casibus audita in Confessione reuelare possit, offenditur.
- 27 Confessor dicens, Tale peccatum in Confessione audiri, dimittendo in persone cognitionem deueniri minime possit, non frangit sigillum Confessionis.
- 28 Confessio em reuelans Sacerdos deponendus est, & in Monasterium ad agendam perpetuam Penitentiam detrudendus.

CAP. Omnis vtriusque sexus. XII.

Omnis fidelis utriusque sexus cum pervenerit ad annos discretionis, id est, cum fuerit doli capax, tenetur saltem semel in anno fideliter confiteri omnia sua peccata proprio Sacerdoti, & studeant propriis viribus iniunctam sibi poenitentiam adimplere. Item suscipiant reuenter ad minus in Paschate Sacramentum Eucharistiae, nisi forte de consilio proprii Sacerdotis ob rationabilem causam duxerit abstinentium ad tempus, alioquin viuis arceatur ab ingressu Ecclesiae, & mortuus careat sepultura Ecclesiastica, & hoc statutum frequenter in Ecclesiis publicetur ne quis excusetur. Item si quis iusta de causa vult confiteri alteri Sacerdoti sua peccata, prius petat, & obtineat licentiam à proprio Sacerdote, alter illum non potest absolueri, vel ligare. Sacerdos debet esse discretus, & tantus, & vt Medicus peritus, infundere vinum, & oleum vulneribus, diligenter inquirens circumstantias peccatorum, & peccantis, vt prudenter eligat quale consilium, & remedium debeat adhibere vtendo diuersis experimentis ad saluandum ægrotum. Item Sacerdos caueat omnino ne verbo, vel signo, aut alio quouis modo aliquatenus prodatur peccatore, sed si prudentiori consilio indigeat, cautè sine expressione personæ inquireat, quia qui presumptus reuelare peccatum in Confessione sibi detectum, est deponendus à Sacerdotali officio, & detrudendus in æreum Monasterium ad perpetuum Poenitentiam agendam. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabari. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Ioan. à Capistrano, Marian. Socin. Alciat. Viu. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 255. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 746. & vol. 4. repet. super iure Canonico, l. 5. Decretal. Jacob. de Zochis, remissuè Ximen. in concord. p. 1. & remissuè Ioan. de Valboa in annis Acad. prelect. Saluanti. tom. 1. pag. 2. cum seqq. defumitur ex Concil. generali Lateran. sub Innoc. III. c. 21. & refertur ab Ant. Aug. collect. 4. Decret. lib. 5. tit. 14. c. 2.

2 Omnis utriusque sexus, &c.] Nota Summum Pontificem vi præcepti humani, & Constitutionis huius cap. ad semel in anno confitendum non teneri, vi inquam coactiva: siquidem vi directiva huius text. sub reatu peccati mortalis saltem semel in anno peccata sua mortalia confiteri (& idem de Eucharistiæ sumptione

In Paschate dicendum est) teneatur, tum ratione iuriali, quæ docet Principem legibus humanis subditi esse, et quod præceptum hoc de Confessione ardeat licet aliqua ex parte humani iuris sit non omnino diuini, verò tamen est iuris diuini limitat per totum. Vide Nauar. in princip. dist. 5. n. 3. et in Cap. Sados. n. 50. de Penit. dist. 6. Conar. in cap. alius natus p. 1. §. n. 5. Vinald. in candelabro aureo. p. 44. c. 5. §. 1. in iurum lib. 1. de Sacram. Penit. c. 4. c. 5. §. 1. in iurum lib. 3. q. 18. n. 131. Sayan. in clari Regia, lib. 2. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 7. c. 39. q. 11. Pauli. Concilio resp. moral. lib. 1. q. 101. Valer. Reginald. in præi. penit. l. 6. n. 49. Fagundes in quinq. Ecclesiæ p. 1. præc. 2. lib. 1. c. 3. n. 17. Aduerte tamen memini reuel. clausæ Pañom. in presenti, n. 9. teneat Pontificem et hoc text. quia erat lex Concilij vniuersali, quæ legat Pontificem tanquam superior, quem merito resp. hendit Nauar. d. princip. num. 33. et continuatur et receptis sententiis, de quibus Victor. reuel. lib. 3. c. 3. segg. Vnde facile reuelus illorum quætionum, qui disputant an possit Summus Pontif. dispensare in hoc præcepto Ecclesiastico de confitendo leni in anno propter aliquam instam rationem, veluti cum Eccelesia viuente extra humanum consortium, vel simili? et didicis enim verissima apparet pars affirmatiua, non certum est præceptum hoc quoad tempore determinationem esse Ecclesiasticum, et positum, contra autem in præceptis Ecclesiasticis data initia causæ Pontificem dispensare, ex text. in cap. prop. de concess. præbend. cum similibus, quæ quavis Pontif. dispensare non possit in præcepto diuino de confitendo in articulo necessitatis, poterit tamen dispensare Ecclesiastico de confitendo leni in anno, cum post. D. Thom. Sot. in quarto, dist. 18. q. 1. art. 1. alij, quos refert, et sequitur Soar. tom. 2. dist. 3. c. 6. num. 5.

Postquam ad annos discretionis peruenit, & iuriscensuratur rationis competes in ea etate in qua consuevit se grauer peccare in qua discernere inter bonum & malo, honestum & turpi, nam tunc quando lethaliter delinquit, incipiunt hoc sacramentum inquam remedio post Baptismum indigere, in quibusdam pueris citius, in aliis tardius incipit incerta vix, in plerisque contingit ad suum legem, & ad octauum etatis annum. Vide Naxius de rebus p. 1. lib. 2. post Riccard. & Gabr. Azor. infra. moral. part. 1. lib. 1. c. 40. q. 6. Valer. Reginald. d. lib. 6. de Sacram. Confess. num. 50. Aegid. de Sacrament. & censur. tom. 2. dist. 1. num. 51.

Omnia sua solus peccata. Intellige mortalia. Ioh. 1.
enim folium veniale non obligat precepto confitendi.
d. Vide Henric. in *sum. lib. 4. c. 4. q. 1. p. 2. d. 1. d. 2. d. 3.*
c. 3. q. 3. Soar. *rom. 4. disp. 3. s. 6. s. 7. c. 6.* Luc. Pincel. *de*
de Confess. c. 4. d. 2. c. 8. p. 1. p. 2. p. 3. p. 4. p. 5. p. 6. p. 7. p. 8.
a. n. 51. Gutier. canon. *1. d. 6. c. 7. c. 8.* Et Ludon. Begniet.
casum Confitent. p. 3. c. 4. p. 7. Valer. Reginald. *de*
de 4. n. 4. c. 2. vbi n. 9. aliter dicit de mortali tamen et
necessario de veniali, confessi dari de mortali tamen et
Confessio Sacramentalis, alter quando de aliquo ve-
niali dubitatur an sit mortale; aliter vero quando qua-
rantopere afficitur ad aliquod peccatum veniale, mor-
teat se per illud inducendum ad mortale, nisi emen-
datione refranet fortiter talem effectum, nam contin-
tiet aliqui in mortale consensu saltem interpretati-
mo. Et quod non habentes conscientiam interpretati-
mali, confiteri non tenentur venitalia etiam ex hoc pre-
cepto Ecclesie, resolunt DD. communiter in hoc art.
vbi gloss. verbo omnia. Nauar. in *man. c. 2. m. 4. c. 5. Thom.*
in addit. ad p. 3. quasi. 3. art. 3. ad 3. expresse Victorius
Sacrament. m. 118. Vitald. in *canon. auer. vbi de tunc*
visum

fessione à num. 51. Pro qua sententia sic arguit S. Thom. dicto cap. omnis, præcipitur omnia peccata confiteri, sed impossibile est, vel saltem nimis difficile omnia venialia confiteri, cum in ea frequentius cadant etiam iusti, iuxta illud: *Septies in die cadit iustus*, Proverb. 24. 14. refertur in cap. septies de Pœnit. diff. 3. Igitur non fuit intentio Concilij generalis obligare ad Confessionem venialium, iuxta cap. *ex autem lex ibi possibilis*, diff. 1. Deinde facit quia Pontifex in hoc text. præcipit peccata proprio Sacerdoti confiteri, constat autem venialia posse Sacerdoti cuiusque confiteri, quamvis proprius non sit, ut Ecclesiastica consuetudine receptum fatetur rationem latè controuertentes, Nauar. in cap. placuit, num. 22. & in man. cap. 2. n. 7. multi de quibus Henric. lib. 6. cap. 8. §. 6. Soar. diff. 2. 4. sect. 2. n. 8. & latè diff. 2. 6. sect. 5. à princ. Tandem quia in hoc text. imponitur poena grauissima illi, qui semel in anno confitetur, ut scilicet viuens ab ingressu Ecclesie arceatur, mortuus verò Ecclesiastica careat sepultura, præter poenam excommunicationis synodali- bus constitutionibus statutam, quæ sanè poenæ duæ sunt si incurrantur propter solam Confessionis omis- sionem venialium contra text. in c. *asseramus*, in fine 24. q. 1. cum similibus, de quibus Mantu. dialog. 118. à princip.

Ad hoc quòd idem censetur Parochus ad coniun- gendos Matrimonio atque Confessiones excipendas, ex Sanch. colligit Basil. Pont. in suo nouissimo tract. de Sacram. Matrim. lib. 5. c. 13. §. 1. n. 6. in princ. Et de Vi- catio Episcopi, quod sit proprius Sacerdos ad audien- das Confessiones iuxta hunc text. tenet idem Basil. Pont. d. lib. 5. c. 11. n. 10. Et quòd possit ex generali con- cessione facultatem, seu licentiam Confessionem au- diendi aliis concedere notat contra plures Sanch. de Matrim. lib. 3. diff. 29. n. 15. sequitur Narbona de appel- lat. à Vicario ad Episcopum, p. 1. n. 203.

Saltem semel in anno. Notatur ad hoc, quòd satisfit hinc præcepto annuæ Confessionis quocumque anni tempore confitendo, ut per Henric. in sum. lib. 4. c. 4. §. 7. Valq. in 22. D. Thom. q. 90. art. 3. dub. 1. n. 5. & 15. Agid. d. diff. 5. n. 58. Vnde si quis Confessionem fecit intra annum, non tenetur postea in Quadragesima confiteri, cum iam adimpleverit præceptum annuæ Confessionis, ita Sot. n. 4. diff. 18. quest. 1. art. 4. Valent. tom. 4. diff. 7. q. 9. puncto 4. Soar. p. 3. tom. 4. diff. 36. sect. 3. n. 4. Valer. Reginald. d. lib. 6. n. 33. Zerol. in praxi pœnit. c. 10. q. 9. Molfes. in sum. Theolog. moral. tom. 1. tract. 7. c. 10. n. 23. refert & sequitur Diana resol. moral. part. 2. tract. 3. miscel. resol. 54. in fine, ubi subdit quòd fieri pos- test, ut alio titulo teneatur confiteri, ut si post Confes- sionem peccauit mortaliter, & suscepturus est Eucha- ristiam in Paschate, aut si mortis articulus superueniat, in his enim casibus ait teneri denno confiteri. Com- putatur hic annus à Paschate, vsque ad Pascha, ut per Soar. tom. 4. diff. 36. sect. 3. num. 8. Azor. d. lib. 7. c. 36. q. 6. Valer. Reginald. d. lib. 6. n. 36. Luc. Pinel. d. tract. 2. de Confess. c. 8. dub. 1. Agid. d. diff. 5. n. 56. Et si quis facta Confessione hoc anno aliqua peccata mortalia omise- rit per obliuionem excusabilem, vel aliquam causam rationabilem, non tenetur vi præcepti Ecclesiastici statim confiteri eadem peccata. Vide Luc. Pinel. d. tr. 2. de Confess. c. 7. dub. 3. Valer. Reginald. d. lib. 6. n. 40.

Proprio Sacerdoti. Proprius Sacerdos sufficiens ad Sacramentum Pœnitentiæ censeri debet ille esse cuius assententia siue per se, siue per Sacerdotem à se ad eam delegatam ad Matrimonij validitatem requi- ritur, ut per Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 51. n. 178.

Proptius contrahentium Parochus quis dicatur, vide Thom. Triuin. Venetia deis. 23. lib. 1. Menoch. de

presumpt. lib. 6. pref. 88. Henric. in sum. lib. 1. c. 3. n. 31. Petr. de Lefelina de Matrim. quest. 45. art. 5. puncto 3. Stephan. Gratian. discept. forens. c. 76. n. 18. latè Cened. pract. lib. 1. q. 30. à n. 45. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 3. different. 11. n. 88. cum seqq. Gutier. in tract. de Matrim. c. 63. n. 6. & c. 73. resoluunt habentem duplicem Paro- chiam posse in qualibet Matrimonium contrahere Basil. Pont. de Sacram. Matrim. c. 13. §. 1.

Et iniunctam sibi pœnitentiam, &c. An pœnitens iniunctam pœnitentiam teneatur accipere? questio est controuersa, de qua pro vtraque parte plures ci- tati Doctores ad text. in c. *significauit* 3. supra hoc tit. An autem pœnitentiam in Confessione iniunctam possit quis per alium implere? vide Iul. Laur. de In- dulgent. p. 2. c. 5. n. 48.

In Pascha Eucharistia Sacramentum, &c. Eugen. IV. declarauit quòd communicans in hebdomada sancta, vel infra Octauam Pasche satisfacit præcepto Eccle- siæ, die 8. Iunij 1446. Pontificatus sui anno X. propt testantur Stephan. Quarant. in summa Bullar. verba Communio, Azor. instit. moral. p. 1. lib. 7. c. 41. q. 2. Zerol. in praxi Episcopali, p. 1. verbo Eucharist. §. 7. Henric. in sum. lib. 8. c. 5. §. 1. à princ. ubi dicit quòd in pluribus diocesisbus consuetudo extendit à principio Quadra- gesimæ, vsque ad decimum quintum diem post Pascha, & potest etiam extendi in longius tempus ex Episco- pi, aut confessarij dispensatione rationabili. Peccat enim mortaliter qui sine iusta causa in Paschate non communicat, ut per Sayr. in Clau. Regia lib. 3. c. 7. n. 25. Imo Confessionem omittentes, & sacram Communio- nem semel in anno sunt suspecti de hæresi, quia hoc est signum hæresis, & malæ credentiæ; ita Peña in direct. Inquisit. p. 3. comment. 24. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verbo casus, vers. Confessionem, pag. 78. Menoch. de presumpt. lib. 5. pref. 6. n. 27. Franc. Ludou. Beja respons. casuum Conscientiæ, p. 4. casu 4.

Sua confiteri peccata, &c. In generali Congregatio- ne sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico in Monte Quirinali coram S. D. N. Clem. diuina providentia Papa VIII. proposita fuit questio, Vtrum liceat per literas, seu intermun- tium Confessario absenti peccata sacramentaliter con- fiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere à Sanctissimus D. N. auditis votis Patrum Theologo- rum, & re cum Illustriss. & Reuerendiss. Dominis Car- dinalibus contra hæreticam prauitatem generalibus Inquisitoribus maturè ac diligenter considerata, hanc propositionem, scilicet licere per literas, seu intermun- tium Confessario absenti peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtine- re, ad minus ita fallam, temerariam, & scandalosam damnauit, ac prohibuit, præcipitque ne deinceps ista propositio publicis, priuatisque lectionibus, concio- nibus, & congressibus doceatur, nè vnquam tan- quam aliquo casu probabilis defendatur, imprimatur, aut in praxim quouis modo deducatur, quòd si quis illam docuerit, defenderit, imprimi fecerit, aut de ea etiam disputatiuè tractauerit, (nisi forsitan impugnauerit) vel ad praxim directè, seu indirectè deduxerit, præ- ter excommunicationem latæ sententiæ, quam ipso facto incurrat, à qua non possit (præterquam in arti- culo mortis) ab alio quacumque etiam dignitate ful- gente, etiam S. R. Ecclesiæ maiori Pœnitentiario, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice absolui, aliis etiam pœnis pro arbitrio infligendis subiaceat. Quintilianus Adrianus Not. Publica fuit Romæ 19. Iunij 1602. refert Prosper de Augustino in addit. ad Stephan. Quarant. summa Bullar. verbo Confessio Sacra- mentalis, pag. 302. de ea agunt Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. d. 6. c. 13. n. 5. Agid. de Coniunct. de Sacram. & censuris

conferis, tom. 2. disp. 4. n. 68. Et ita inualide absoluit abfentem, etiam si prius prefentis Confessionem audieris, vt per Cord. Tolet. in summ. lib. 3. c. 6. Valer. l. part. 3. disp. 7. q. 11. puncto 1. §. quod autem, Soar. tom. 4. disp. 19. sect. 3. n. 7. Agid. disp. 4. n. 69.

23 Licentiam prius postuler, & obtineat. Aduerte quod Religiosus crediturus est dicenti se habere licentiam à proprio Parocho, vt illi ministrer Sacramenta Confessionis, & Eucharistiae, & Parochus crediturus est parochiano dicenti se fallum esse habenti legitimam licentiam ipsum absolueri, atque ita debet illi ministrare Eucharistiam, vt per Sanch. de Matrim. lib. 3. disp. 37. n. 1.

24 Aduerte etiam, quod proprius Sacerdos, & Parochus existens extra territorium suum potest absolvere parochianum suum confiteri volentem, de quo vide Victor. de Sacram. num. 136. Fr. Emman. in explic. Bulla Cruciate, §. 9. dub. 4. fol. 78. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verbo Parochus, pag. 274. Sanch. de Matrim. lib. 3. disp. 34. n. 1. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 62. num. 9. in foro penitentiae non requiritur remissio, nec forensis sortitur forum delicti, vt per Mich. Grassi. tom. 1. commun. opin. l. 3. tit. 13. n. 7. pag. 400. Bonacof. commun. crim. p. 2. verbo forum, fol. 10. & 32. Clar. lib. 5. §. fin. q. 38. n. 5.

25 Caueat autem, &c. De sigillo Confessionis, & quia poena afficiantur confessores peccata penitentis publicare praesumentes, vide plures Doctores, quos plena manu refert Cened. ad Decret. collect. 60. n. 1. quibus adde Henric. in summ. l. 6. c. 19. cum sex seqq. Soar. tom. 4. disp. 33. & 34. Fr. Ludou. Beja resp. casuum conscient. p. 3. casu 12. cum seqq. Menoch. l. 6. de praesumpt. pres. 95. Valq. de Penit. q. 93. art. 4. Sayt. de Penit. c. 26. Hier. Onuphr. de sacro sigillo, Zerol. de Penit. c. 20. Pelant. in addit. ad 3. p. q. 11. Fr. Emman. quaest. regul. tom. 2. q. 35. art. 1. Bernard. Graue. ad praeticam Camera Imp. l. 1. conclus. 10. conf. 2. Farin. in praxi crimin. p. 2. q. 51. n. 9. cum seqq. Valer. Reginald. in praxi fori penit. lib. 2. per totum, Agid. de Coniux. de Sacram. & censur. tom. 2. disp. 9. Martin. Delri. disquis. magic. l. 6. sect. 2. c. 1. pag. 473. Torreblanc. in tract. de magia, lib. 4. de criminis punit. c. 7. de sigillo Confess. Paul. Layman. in Theologia morali, lib. 5. tract. 6. c. 14. Aldrete de Religiosa disciplina ruenda, l. 2. c. 9. latè Bonacin. de Sacram. disp. 5. quaest. 6. sect. 5.

26 Hoc sigillum tam stricte obligat, vt ob nullum omnino quantumcumque magnum incommodum euitandum, vllò vnquam casu inuito penitente liceat aliqua, quae sub sigillo cadunt, reuelare; etiam si alias integrum regnum debeat perire, vt per Henric. lib. 6. c. 19. Agid. disp. 9. n. 19. Valer. Reginald. d. l. 3. n. 12. vbi n. 13. dicit procedere etiam si Confessio censenda sit inualida, nec danda confitentis absolutio tanquam non petenti sufficienter, de quo etiam Zerol. de penit. c. 20. q. 12. Bonacin. disp. 5. puncto 2. num. 6. Intellige quoties penitens peccatum manifestauit Confessario animo se accusandi, sen per modum accusationis coram Deo, secus si penitens declarauit non animo se accusandi, sed potius peruertendi Confessarium, illumque incitandi ad malum; quamobrem quidam Cardinalis, teste Soto, mulctatus fuit à Summo Pontifice, eo quod non manifestauerit conspirationem in Papam, quam alter ipsi aperuerat in Confessione, non intentione se accusandi, sed animo illum trahendi ad eandem conspirationem, ita Sot. in 4. disp. 18. q. 4. art. 5. Valer. Reginald. d. lib. 3. n. 66. Onuphr. de sigillo, sect. 4. q. 6. conclus. vniue. Bonac. d. puncto 2. n. 7.

27 Occurrente casu, in quo penitens confitetur delibationem disseminandae haereseos, vel perpetrandi alterius criminis quamlibet magni, à quo delistere nolit; imo & quod proponat executioni mandare, po-

test Confessarius Episcopum, aliumve, cui res cura fuerit, monere generaliter, vt inuigilet super personam suam, eo quod lupus rapax teneat cum tantis committendo, sine aliqua tamen eius; qui confitetur, manifestatione, etiam si haec sola remedium esset, vt per omnia prospiciatur sigilli sacramentalis integritati, & dininae legi minime aduersetur. Vide Noyes in c. Sacerdos, n. 124. de Penit. dist. 5. Conar. de sponsal. l. 1. A. vers. erit tamen clericus, plures refert Dantes Cened. d. collect. 60. n. 5. quibus adde Torreblanc. d. num. 10. Paul. Layman. d. c. 14. n. 11. vers. nemo, Sanch. de Matrim. lib. 3. disp. 16. q. 2. Martin. Delri. d. l. 3. n. 1. quoad secundum, Valer. Reginald. d. lib. 3. n. 5. vbi n. 1. cum Sanch. resoluit Abbacem, qui ex Confessione harenachi nouit vergere in perniciem religionis, quoad maneat in aliquo officio, potest illum amovere, dummodo id fiat sine reuelatione Confessionis, de quo vide Zerol. de Penit. c. 20. q. 9. Onuphr. de sacro sigillo, sect. 2. q. 2. dub. 2. vers. sequitur quatuor, & vbi quaest. 6. vers. sequitur secundo, Sayt. de Penit. c. 26. n. 5. Bonacin. d. sect. 5. puncto 4. n. 19.

Illud tamen est aduertendum quod ubi haereticus simulata Confessione haereseos spem periculi conatur ipsi flectere Confessoribus, tunc tales Confessores possunt propalare huiusmodi haereticos, de quo vide Simanch. de Cathol. c. 52. n. 15. Sot. de ratione regni secretum, membr. 3. q. 4. vers. curru tamen sunt qui, Noyes in caudel. aureo, tit. de sigillo Confessionis, ex n. 15. vbi in specul. testam. gloss. 12. n. 2. 3. Steph. Gaeta in cap. ad limina 30. q. 1. §. 5. n. 49. vers. & hac interdicta sunt, Cened. ad Decret. collect. 60. n. 7.

Confessarius in testem praesentatus, & interueniens adactus ad dicendam veritatem, dicere potest nihil scire, vel audiuissè, de iis intertogetur, quae per delictum sacramentalem Confessionem nouit, etiam si interrogatio expresse fiat, & tale quid aduenire in Confessione, Vide Nauar. in d. c. Sacerdos, n. 147. & 148. Gaeta canon. lib. 1. c. 11. n. 74. Cened. d. collect. 60. n. 7. Soar. tom. 4. disp. 33. sect. 6. n. 6. & 7. Valer. Reginald. d. lib. 3. n. 22. Layman. d. c. 14. n. 12. Martin. Delri. d. l. 3. n. 14. Jacob. de Grassi in aureis decis. p. 1. lib. 12. c. 13. n. 1. Nagot in addit. ad 2. part. q. 11. art. 1. diff. 1. vers. ad quartum, Soar. de Penit. disp. 33. sect. 6. n. 6. Agid. de Coniux. de disp. 9. dub. 1. n. 15. Onuphr. de sigillo, sect. 2. q. 2. dub. 2. vers. respondeo, Bonac. d. sect. 5. puncto 4. n. 31. Gigg. d. crimine lesa maiest. tit. qui accusari poss. q. 18. n. 4. Gomez tom. 3. variar. cap. 13. n. 9. Malcard. de penit. praefat. q. 5. n. 51. Mart. de iurisd. p. 2. c. 14. n. 18. Necio d. ex illis quae tali sacrilego violatore acceptae, & ex scripto peccata commendata vt confiterentur cognouit, aut aliquo agnoscante penitentem intellexit poterit illud ad torturam condemnare, Gom. d. n. 3. Malcard. concl. 377. n. 1. & 3. Menoch. de praesumpt. l. 1. q. 89. n. 26. & 27.

Vltcrius potest Confessarius eos Matrimonio coniungere, inter quos legitimam impedimentum esse nouit ex Confessione, vt si quis confessus sit se cognouisse carnaliter sororem illius, cum qua vult Matrimonium contrahere, quia Parochus ex Confessione tantummodo sciens publice petenti coniungi non potest id ei negare ob impedimentum sic cognitum. Vide Conar. de sponsal. part. 2. c. 8. §. 12. n. 9. Salzed. d. l. 1. lit. A. vers. sunt etiam ex nostris, Malcard. de penit. concl. 377. n. 4. cum seqq. Cened. d. collect. 60. n. 8. Henric. de Matrim. cap. 51. n. 11. Agid. de Coniux. d. lib. 3. n. 67. Bonac. d. q. 6. sect. 5. puncto 2. n. 8.

20 Sibi Sacramentale sigillum cadunt non modò peccata declarata in Confessione, sed etiam alia, quæ in eorum notitiam possunt aliud adducere, etiam si non fuerit necessarium ea exprimi in ipsa Confessione, item quæ verecundiam, vel detrimentum possunt afferre pœnitenti. Vide Soar. d. disp. 3. sect. 2. n. 5. Valer. Reginald. d. lib. 3. c. 8. Et semper est peccatum mortale sine venia pœnitentis aliquid, quod cadit sub sigillo, etsi sit lenissimum peccatum veniale, reuelare, Henric. lib. 6. cap. 19. §. 3. Egid. d. disp. 9. n. 24. & 25.

21 De licentia pœnitentis potest Confessarius peccatum in Confessione auditum reuelare, Vide Ioan. Medina in C. de Confess. in cap. de licentia confitentis ad reuelandum Confessiones, Syluest. verb. Confessio. il. 8. n. 5. Nauar. in man. c. 8. n. 1. vers. 19. Torrelanc. d. lib. 4. de crimin. punit. c. 7. ex n. 19. Sanch. in precepta Decalog. tom. 2. lib. 6. c. 18. n. 4. 3. Paul. Layman. d. c. 19. n. 14. Soar. tom. 2. disp. 3. sect. 1. n. 6. Cout. de sponsal. part. 2. cap. 8. §. 12. n. 11. Vinald. in candelabro aureo, tit. de sigillo Confess. n. 13. Salzed. d. c. 109. vers. vlt. tamen casus, Malcard. d. conclus. 377. n. 9. & 10. Cened. d. collect. 60. n. 2. Henric. lib. 6. c. 23. §. 1. lit. D. Coriolan. de casibus reueratis, p. 1. sect. 2. art. 1. 5. Valer. Reginald. lib. 4. n. 55. cum segg. & n. 57. differit quomodo possit Confessarius aliquid auditum in Confessione reuelare de licentia pœnitentis, cum non possit de licentia Papæ, & n. 59. resoluit, quòd non sufficit licentia præsumpta, sed requiritur actus data, saltem tacite, ita etiam Egid. d. disp. 9. n. 2. & 23. Bonac. d. quest. 6. sect. 5. puncto 4. n. 9. Layman. d. n. 14. vers. sunt verò, vbi n. 16. quod potest licentiam reuocare.

22 Dico Sacerdotis fide digni asserentis mortuum, seu morientem dedisse sibi licentiam de reuelanda Confessione creditur, vt per Vinian. tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 17. n. 7. vers. sed hoc fallit pag. 204. Menoch. de arbit. casu 414. n. 8. & de presump. lib. 6. q. 9. n. 5. Malcard. d. concl. 377. n. 9. & concl. 982. n. 4. Fr. Emman. d. quest. regul. tom. 2. q. 3. art. 1. Valac. confil. 73. n. 1. Sigillum enim Confessionis durat etiam post mortem, Sayr. in clauis Regia, lib. 1. c. 7. n. 32. Et super pœnitentia alicuius facta creditur Sacerdoti non iurato, vt per Rebuff. de reprob. testim. n. 316.

24 Aduertendum est, quod si quis tertius dicat Sacerdotem reuelasse Confessionem, & ipse concedat se licentiam reuelandi habuisse à pœnitente, illi tertio incumbit onus probandi factam esse reuelationem sine pœnitentis licentia; cui oneri satisfacere censetur si ostendat, quòd idem Sacerdos simpliciter reuelauerit, aut se reuelasse dixerit pluribus, nihil addendo de habita reuelandi licentia. Si verd ille, qui Confessionis reuelationem Sacerdoti obicit, sit peccator, qui ei confessus est, tunc standum est ipsius Sacerdotis iuramento, maxime si vir probus sit & bonæ famæ; cum de nullo, maxime de Sacerdote, præsumendum sit malum sine probatione, atque reuerentia Sacramenti (ne scilicet temerè credatur sigillum ipsius fractum) exigit, vt in dubio declinetur in Confessarij fauorem, nisi id quod obicitur sit dictum, aut factum ab eodem Confessario in pœnitentis, aut alterius detrimentum, de quare vide Iacob. à Grass. in decis. aureis, p. 1. lib. 1. c. 23. n. 12. Henric. in summa. 6. c. 19. in fine, Soar. tom. 4. disp. 3. in fine, Valer. Reginald. d. h. 3. n. 68. Aloyf. Ricc. in decis. Curie Archiep. Neapol. p. 1. decis. 190. Menoch. de arbit. casu 414. Malcard. concl. 1286. Martin. Delri. d. quest. magic. lib. 6. c. 1. sect. 1. Fatimac. q. 31. à n. 112. Fr. Emman. quest. regul. tom. 2. q. 3. art. 1. Aldier. de Relig. discipl. tuenda, lib. 2. c. 17. n. 6. cum segg.

25 Quando pœnitens sine proposito confitendi, & ab-

solutionem obtinendi dicit Sacerdoti: Hoc tibi apéro in Confessione, etiam si dicat flexis genibus, & fronte signo Crucis signata, cum ad Sacramentalem Confessionem id non sufficiat, non obligat ad sigillum Confessionis, sed obligat tantum eo secreti vinculo, quod alia facta extra Confessionem, Salzed. d. c. 109. vers. est autem perpetua memoria dignum, Vinald. d. tit. de sigillo Confessionis. n. 15. post med. & n. 37. Gutier. canon. lib. 1. c. 11. n. 47. plures refert Cened. d. collect. 60. n. 4. & ad Decret. collect. 27. n. 1. quibus adde Victor. de Sacram. n. 173. Ant. Gom. tom. 3. var. c. 13. n. 9. Menoch. conf. 207. n. 7. cum segg. Sanch. de Matrim. lib. 3. disp. 13. n. 6. Sayr. in clauis Regia, lib. 1. c. 16. n. 15. Bernard. Graue. ad pract. Cam. Imper. lib. 1. concl. 100. confid. 2. n. 12. Henric. lib. 5. c. 21. §. 3. lit. P. Valer. Reginald. d. lib. 3. n. 67. Bonac. d. q. 6. sect. 5. punct. 2. n. 3. Torrelanc. in tract. de magia, lib. 4. de crim. punit. c. 7. n. 4.

Aliqui sunt casus præter supra adductos in quibus sine licentia confitentis licet reuelare aliquid auditum in Confessione. Primus, si ipsemet confitens extra Confessionem illud detexerit. Secundus, cum Sacerdos indigens consilio circa peccatum auditum consulit virum doctum, dummodo persona, quæ peccauit, nequeat inde venire in notitiam, vt probat text. in c. officij, supra hoc tit. Tertius, quando Confessarius ea, quæ per Confessionem nouit, adhuc alia via didicit, siue Confessarius talia nouerit antequam Confessio fieret, siue postea. Vinal. in candel. tit. de sigillo Confess. n. 34. Gutier. d. c. 11. n. 64. Torrelanc. d. cap. 7. n. 22. vbi n. 24. subdit non esse credendum Sacerdoti dicenti se extra Confessionem rescivisse, quantumvis probata vitæ sit, nisi id probet in quo si succumbat, extraordinariè puniatur arbitrio iudicis. Quartus, cum qui confiteatur peccatum aliquod à se perpetrandum nolens mutare tale malum propositum, ea intentione, vt Confessarium peruertat, moueatque ad malum, quos casus adducit Valer. d. lib. 3. n. 61. cum segg.

Confessor dicens, tale peccatum mortale in Confessione audiri, dummodo in personæ cognitionem deueniri minime possit, non frangit sigillum Confessionis, vt per Victor. de Sacram. n. 189. Nauar. in man. c. 8. n. 12. vers. neque ille, Vinald. d. tit. de sigillo Confess. n. 33. Cened. d. collect. 60. n. 8. Bonac. d. q. 6. sect. 5. punct. 1. n. 1.

Non solum à Sacerdotali officio deponendum, &c.] 28 Notatur ad hoc, quòd Sacerdos reuelans Confessionem deponendus est, & in Monasterium ad agendam perpetuam pœnitentiam detrudendus, vt per Menoch. d. casu 474. n. 9. Iacob. de Grass. in aureis decis. p. 1. lib. 1. c. 23. ad fin. n. 45. Zerol. de Pœnitent. c. 20. questio 5. Torrelanc. d. c. 7. n. 26. Fagundez in quinque Ecclesie præcepta, præc. 2. lib. 6. c. 7. n. 2. Nugn. in addit. q. 11. art. 1. difficult. 1. vers. circa iura, vbi aduertit pœnam peregrinationis, quæ olim iniungebatur frangenti sigillum Confessionis, mutatam fuisse in pœnam perpetuæ reclusionis in Monasterio, Onuph. de sacro sigillo, sect. 5. quest. 2. conclus. vnic. vbi quest. vltim. conclus. vnic. bene aduertit improbabilem esse illorum opinionem, qui asserunt Sacerdotem infringentem sigillum Confessionis incurere irregularitatem.

SVMMARIVM.

1 Medici vocati ad infirmos debent ante omnia inducere infirmum ad Confessionem, nec quicquam persuadere pro salute corporis tendens in animarum periculum.

2 Morbi

- 2 Morbi ab anima peccatis, & pestilentia ex sceleribus originem trahunt.
- 3 Medici vocati ad medendum infirmo in lecto iacenti, eum ante omnia tenentur monere, & inducere, ut confiteatur, & quid, averta Constat. Pij V. ostenditur.
- 4 Infirmum morbi periculo carentem an teneatur medicus admonere, ut confiteatur, ostenditur.
- 5 Anima ceteris rebus anteponenda.

CAP. Cū infirmitas. XIII.

1 Medici corporales vocati ad ægrotum ante omnia debent monere, & inducere ægrotum, ut confiteatur, sæpe enim peccatum est causa infirmitatis, & sic post Confessionem salubrius curatur corpus & medicus, qui transgreditur hanc constitutionem, tandiu ab ingressu Ecclesiæ arceatur, donec compenter satisfecerit. Item medicus sub pœna excommunicationis non suadeat ægroti aliquid quod convertatur in periculum animæ pro salute corporali. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ioan. à Capistrano, Viliam. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 256. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 747. remissive Ximen. in concord. part. 1. & 2. delimitur ex Concil. Lateran. sub Innocent. III. c. 22. & refertur ab Anton. August. collect. 4. Decret. lib. 5. tit. 14. c. 4.

2 Nonnunquam ex peccato proveniunt. Et ita morbi ab anima peccatis originem trahunt, & pestilentia ex sceleribus oriuntur, ut per Tiraq. de nobilit. c. 31. n. 306. Mich. Annon. de veritate oculis, & pastoris, c. 23. n. 1. in fine, Azuned. l. 1. c. 2. tit. 1. lib. 1. noua recop. Nam, ut inquit D. Chrylost. homil. 28. in c. 8. Matthæi, ægrotationes plurimæ ab animæ peccatis originem trahunt. Imo & mors aliquando citius venit propter peccatum, gloss. verbo in c. qua fronte, de appellat. Neniz. in Sylva nupt. lib. 4. man. 94. vers. propterea dicit, Sebatt. Medic. in tract. Mors omnia soluit, p. 1. n. 172.

3 Presenti decreto, &c.] Præcipit, & districte mandat Innoc. III. auctor huius text. ut medici ad medendum infirmo in lecto iacenti, vocati, eum ante omnia moneant, & inducant, ut confiteatur, quod postea innovavit Pius V. suo Motu proprio edito anno 1566. incipien. Supra gregem Dominicum, quem ad litteram refert Steph. Quaranta in summa Bullarj, verbo medicus, ubi additum præceptum est, ut medici ultra tertium diem ægrotum non visitent, nisi per Confessarij scriptum ipsis de infirmi Confessione fides fiat, vel nisi Confessarij ex iusta causa longius tempus infirmo concedendum iudicet. Item præcipit Vniuersitatibus, & Collegiis, ut cū licentiam medendi alicui concesserint, aut ad Doctotis gradum promouerint, exigant ab eo iuramentum hæc seruandi, de quo Motu proprio & quando, quove modo medicus teneatur infirmo persuadere Confessionem Sacramentalem, ut d. Sylvest. verbo medicus, num. 3. Paul. Fusc. de visit. lib. 2. c. 30. ex n. 2. Nauar. in man. c. 25. ex n. 61. vers. que non, Azuned. d. l. 5. n. 3. Maiol. de irregul. lib. 5. c. 48. §. 5. n. 3. Ludou. Bejam respons. casuum Conscientia, p. 1. casu 11. Armendar. in addit. ad recop. legum Nauar. l. 3. tit. 23. l. 3. de medicis, latè Sanchez in præcepta Decalog. l. 3. c. 18. à princip.

4 Ad infirmos.] Quidam intelligunt de infirmis à morbis vitæ periculum afferentibus, quasi secus sit quando constat morbum periculo carere, ut per Nauar. in manuali, c. 25. n. 61. Jacob. de Graff. in auers. decis. p. 1. lib. 3. c. 14. n. 7. Veg. tom. 2. summe, c. 5. casu 3. Fr. Emmanuel in sum. tom. 2. c. 246. in fine. Alij verò intelligunt, quando infirmitas est talis, ut nec deliciis, nec ex solo

podagræ impedimento, sed ex se lectum petat, ut per Soar. tom. 4. disp. 35. sect. 3. n. 3. & 4. Sanch. de 16. c. 16. n. 10. aliter text. in presenti, non de solo morbo periculo, sed de quocumque gravi intelligi, & prædictam admonitionem satis esse, siue sciat per ipsum morbum, siue per alium aduerens attento Motu proprio Pij V. medicum teneri delectere infirmum, quæ tertia die à monitione transacta Confessionis, si non fecerit per scriptum Confessarij, tamen licet admittunt, etsi credatur eam admonitionem nihil futuram ob ægri obstinationem, non teneri medicum admonere, nec eum delectere.

Ante omnia.] Id est, antequam medicus visitationem applicet, ut per Nauar. d. c. 25. n. 61. Sanch. de 16. c. 16. n. 10. Ceterum cum anima sit, &c.] Est enim anima ceteris rebus anteponenda, Tiraq. de pia causa in præf. pag. 1. vers. sed si hoc, Mascard. de probat. concl. 117. n. 4. §. 1. noth. de presumptionib. lib. 4. præsumpt. 112. n. 4. §. 1. sumpt. 152. n. 4. Gutier. in repetit. l. 1. noth. de legatis 1. Card. Mantica de sacris, & auctoritatibus, tom. 2. lib. 13. tit. 28. n. 10. Card. Tach. tom. 1. d. 1. concl. 333. Ego ipse Axiom. 26. n. 1.

Ne quis medicorum, &c.] Notatur at hoc, quod medicus sub pœna excommunicationis non potest aliquid suadere infirmo quod sit in detrimen. salutis æternæ, ut per Nauar. in man. c. 25. n. 61. Sylvest. verbo medicus, n. 4. vers. quantum nunquam licet. Rebol. in auth. habita, c. ne filius pro patre, vers. ad obediendum Deo, pag. 592. Fusch. de visitat. lib. 2. c. 30. n. 4. Rebol. success. c. 10. n. 32.

Euerit promulgata.] Ergo requiritur promulgatio partibus, ut per Azor. in sit. moral. p. 1. lib. 5. c. 3. ad 3. vide tamen quæ dixi ad c. 2. supra de confis.

In gloss. Arceatur, ibi, per sententiam, non si sit.] Sequuntur Tiraq. in l. si vnguentum, verbo reuertatur, p. 1. Sayr. in claus. Regia lib. 3. c. 8. n. 1.

S V M M A R I V M.

- 1 Compendium huius text. refertur.
- 2 Quæstiones elemosynarum sine apostolicis, vel diaconarum literis admitti non debent, nec diuiti prædicare possunt quàm in forma contrariæ literarum.
- 3 Quæstiones elemosynarum nomen & usum in Christiane Religionis locis aboleendum præcipit Concil. Trident.
- 4 Quæstiones elemosynarj nullo modo nec per se, nec per alium predicare debent.
- 5 Indulgentias in suis diocesibus quales Episcopi concedere possunt, ostenditur.
- 6 Episcopi si concedant Indulgentias ultra taxatum, an corrumpant in rebus, vel in excessu, ostenditur.
- 7 Indulgentias concedendi facultatem habere Episcopi ex commissione Papa, ac prout iure canonico canonico, non verò Diuino.
- 8 Indulgentias concedere potest Episcopus diuini confirmatus, nondum consecratus.
- 9 Vicarius generalis Episcopi, aut alius Clericus ex mandato Episcopi facultate potest Indulgentias concedere.
- 10 Capitulum Sede vacante an possit Indulgentias concedere, remissive.
- 11 Episcopi an possint Religiosis Indulgentias concedere iuxta suam facultatem, ostenditur.
- 12 Indulgentia de iniunctis penitentis quæ sit, ostenditur.
- 13 Episcopi plures simul unam Ecclesiam conferunt an quilibet possit indulgere annuum Indulgentiam, ostenditur.

CAP. Cùm ex co. XIV.

- 1 Eleemofynarum quæstiones admitti non debent, nisi exhibeant veras literas Apostolicas, vel Ordinarij, & tunc permittendi non sunt aliud proponere populo præter id, quod in literis continetur, quarum forma ponetur. Item qui destinantur ad quærendas eleemofynas sint modesti, & discreti, non hospitentur in tabernis, vel locis incongruis, non inuiles, aut sumptuosas expensas faciant, non gerant habitum falsæ Religionis. Item cùm dedicatur Basilica sine ab uno, siue à pluribus, non extendatur indulgentia ultra annum, & in annuuario dedicationis non ultra 40. dies de iniunctis. Sic etiam est moderandus numerus dierum, quando Episcopus aliquo casu concedit indulgentias ne excessuine, & indifferetè indulgentiæ concessæ à Prælati contenterant. Colligitur ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panom. Marian. Socin. Ioan. à Capistr. Vin. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 257. Alagonau compend. iuris Canon. pag. 747. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. desumitur ex Concil. generali Lateran. sub Innoc. III. c. 62. & refertur ab Ant. August. collect. 4. Decret. lib. 5. tit. 14. c. 5.
- 2 Eleemofynarum quoque quæstiones, &c.] Probat hic text. eleemofynarum quæstiones sine Apostolicis, vel diocesæsanorum literis admitti non debere, nec aliud prædicare posse, quam in forma continetur literarum. Hodie verò in noua dispositione Concil. Trident. sess. 21. de reformat. c. 9. statuitur, vt in posterum quibuscumque Christianæ Religionis locis eorum nomen, atque vsus penitus aboleatur, nec ad officium huiusmodi exercendum vllatenus admittantur, de quo latè agunt Henrici in summ. l. 7. c. 19. à princ. Nauar. de Iubil. not. 3. n. 45. Zerol. in praxi Episc. p. 1. verbo quæstiones, vbi latè Quaranta in summa Bullarij, verbo Archiepiscopi auctoritas, vers. 16. in fine. Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 2. q. 57. art. 7. & q. 98. art. 1. Galet. in margarina casuum conscientie, verbo eleemofyna 1. Cened. ad Clement. collect. 9. latè Iul. Lauer. de indulgent. p. 2. c. 13. à princ.
- 4 In sua predicatione, &c.] Hodie attenda noua dispositione Concil. Trident. sess. 5. cap. ult. in fine, quæstiones eleemofynarum, qui etiam quæstuarij vulgò dicuntur, cuiuscumque conditionis existant, nullo modo, nec per se, nec per alium prædicare debent, itavt contrarij facientes ab Episcopis, & Ordinariis locorum, privilegijs quibuscumque non obstantibus, opportunis remedijs omnino arceri debeant, vt per Cened. d. collect. 9. Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 3. quæst. 32. art. 21.
- 5 Quadraginta dies, &c.] Notatur ad hoc, quod Episcopi concedunt indulgentias in suis diocæsis, limitatim tamen, videlicet vt non excedant quadraginta dies in annuuario, vel alias, & tempus vnus anni in dedicatione Ecclesiæ, ita Sor. in 4. dist. 21. q. 2. art. 1. Cordub. de Indulg. quæst. 14. Triumph. q. 29. art. 6. Soar. tom. 4. disp. 5. sect. 3. n. 5. Bonacin. de Sacramentis, disp. 6. q. 1. puncto 3. n. 2. ad finem. Azor. instit. moral. p. 2. l. 3. c. 54. q. 6. Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiæ. p. 1. c. 7. num. 18. Vgolin. de potestate Episcopi. c. 41. §. 1. in princ. Paul. Layman. in Theologia moralis, lib. 5. tract. 7. c. 4. n. 2. in princ. Sanctarel. in tract. de Iubileo, c. 2. dub. 2. lit. C. Iul. Lauer. de Iubileo, & indulgent. p. 2. c. 1. n. 18. vbi num. 22. refert advertere Soar. loco citato, quod quando datur facultas in hoc text. dandi indulgentias in dedicatione Ecclesiæ, non addit particulam illam, de iniunctis pœnitentijs, provt addi solet in indulgentia quadraginta dierum, & sic quod videtur amplior

Barbof. Collect. Tom. III.

prior facultas, additque aliqua discrimina inter dictas duas indulgentias vt apud ipsum videri licet. Licet autem Episcopi non possint ultra taxatum numerum indulgentias concedere, possunt tamen in minori, quia sub maiori summa comprehenditur minor, non è contra, ita ego ipse de officio, & potestate Episcopi, p. 3. alleg. 88. num. 22. & me citato Iul. Lauer. d. cap. 11. num. 4.

Quid autem si Episcopi concedunt indulgentias ultra numerum taxatum, an corrumpant in totum, vel in excessu? in quo additio ad gloss. verbo pluribus, in præfenti, tenet per text. in fin. hoc tit. lib. 5. Indulgentiam sic concessam esse ipso iure nullam quoad excessum, ac per consequens valere vique ad facultatem concessam inclusivè, quia numerus dierum est separabilis, quo casu vtile per inutile non debet vitari, tum quia hæc est quadam liberalitas, & donatio, quæ valida est vique ad legitimum modum, l. sancimus, C. de donat. quare ita tenent Soar. d. disp. 5. sect. 1. num. 11. Nauar. de Iubileo, not. 31. num. 16. Azor. instit. moral. part. 2. lib. 3. c. 5. quæst. 6. Bonacin. de Sacramentis, d. puncto 3. n. 4. Iul. Lauer. d. c. 11. n. 41. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 7. n. 10. Sanctarel. in tract. de Iubileo, cap. 3. dub. 2. lit. G. Paul. Layman. d. c. 4. num. 2. vers. 111.

Hæc autem facultas sic restricta concedendi indulgentias, conceditur Episcopis à Sede Apostolica, circa suos iurisdictiones, & ita ex commissione Papæ, ac iure communi Canonico, & Ordinario, non verò diuino, licet enim dignitas Episcopalis, quoad potestatem Ordinis sit de iure diuino, & ex Christi institutione, & quoad pastorale munus, quod iurisdictionem requirit, si ex Christi mandato in communi loquendo; in particulari tamen quoad talem, & talem potestatem est ex Ecclesiæ ordinatione, quare ita tenent plures DD. quos refero ego ipse de officio, & potestate Episcopi, p. 3. alleg. 88. num. 8. & me citato Iul. Lauer. d. tract. de Iubileo, & indulgent. cap. 11. n. 45. cum seqq. addo Paul. Layman. d. c. 4. num. 1. vers. assertio 11. Ex quo inferitur posse Episcopum tantummodo electum, & confirmatum nondum consecratum indulgentias concedere, quia cùm earum concessio sit actus iurisdictionis, bene poterit ab Episcopo non consecrato exerceri, ita Soar. disp. 49. sect. 3. n. 3. Grass. Nugn. Valer. Reginald. & alij, quos refert, & sequitur Bonac. de Sacramentis, disp. 6. q. 1. puncto 3. num. 6. Hinc etiam inferitur posse Vicarium generalem, aut alium Clericum ex demandata Episcopi facultate indulgentias concedere, quia facultas hæc spectet ad Episcopum iure Ordinario, vt supra dixi, & quæ competunt alicui iure Ordinario, possunt alijs delegari, nisi adsit in contrarium prohibitio, ergo Episcopus poterit eam cuilibet, dummodo non sit laicus, demandare, ita Nauar. de Iubileo, notab. 31. n. 6. Soar. disp. 5. sect. 6. n. 6. Azor. instit. moral. p. 2. l. 3. c. 43. q. 3. & plures alij, quos referunt, & sequuntur Bonac. d. punct. 3. n. 11. & Iul. Lauer. d. c. 11. n. 51. Vtrum autem Capitulum Sede vacante possit indulgentias concedere, vide per citatos à me d. alleg. 88. n. 21. quibus adde Iul. Lauer. d. c. 11. n. 52. cum seqq. Vtrum verò Episcopus possit Religiosis indulgentias concedere iuxta suam facultatem, vide citatos per Bonacin. d. punct. 3. n. 15. vbi ipse affirmatiue respondet, & n. 16. resoluit posse Episcopum gaudere, & frui indulgentiis, quas alijs concessit. Hæc & alia plura, quæ in hac materia occurrere possunt, ne dicta repeamus, vide in meo tract. de officio, & potestate Episcopi, p. 3. alleg. 83. per totam.

De iniunctis pœnitentijs.] Indulgentia de iniunctis pœnitentijs, illa est, quæ valet ad delendas pœnas respondentes pœnitentijs iniunctis, & ita quando

Bb

alicui

alieni conceditur Indulgentia de penitentiis iniunctis, tanta conceditur penarum remissio, quanta responderet penitentiis taxatis à Confessore, ita Bonac. d. diff. 6. q. 1. punct. 2. n. 1. & 4.

- 3 In gloss. *Pluribus*. Notatur ad hoc, quod quando plures Episcopi simul consecrant unam Ecclesiam, quilibet potest indulgere annum Indulgentiae, ex ratione, quia in hoc text. non additur decretum irritans, & ubi non apponitur in mandato, licet fiat contra mandatum, tenet quod factum est, arg. cap. dilectus, il. 2. de prebend. Contrarium tamen videtur verius per expressam huius text. verba, ibi, *sive ab uno, sive à pluribus*, ut aduertit Iul. Laur. d. cap. 1. n. 38. nihil tamen obstat quominus plures, quorum singuli iurisdictionem habent, puta loci Episcopus, & Metropolitani, sive Archiepiscopus simul, aut successiue, plures quadragenas eidem Ecclesiae concedat, ut docent Soar. diff. sect. 2. n. 5. Paul. Layman. d. c. 4. n. 2. vers. 11.

CAP. Nostro. XV. Honor. III.

- 1 Archiepiscopus potest concedere Indulgentias in superiori cap. taxatas per totam suam provinciam. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anch. Panorm. Marian. Socin. Ioan. à Capistrano, Viu. in ration. lib. 5. iuris Pontificij, pag. 258. Alagona in compend. iuris Canonici, pag. 748. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2.
- 2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Nauar. de Indulgeo, & Indulg. notab. 31. n. 13. Stephan. Quarant. in summa Bullarj, verbo Archiepiscopi auctoritas, vers. 31. Bonac. de Sacram. diff. 6. q. 1. punct. 3. n. 2. vers. observo, quos refero ego ipse de offic. & potestate Episc. p. 3. alleg. 38. n. 15. & ibi citatis adde Marc. Ant. Gennet. in praxi Archiepisc. Neapol. c. 70. n. 15. & me citato Iul. Laur. de Indulgeo, & Indulg. p. 2. c. 1. n. 28. in fine.

SUMMARIVM.

- 1 Episcopi, & alij, de quibus in littera, possunt sine licentia superiorum sibi eligere prouidum confessorum.
- 2 Episcopi, & Prælati exempti possunt sibi eligere Confessorem.
- 3 Episcopi suffraganei inuiso Archiepiscopo possunt eligere Confessorem approbatum ab Ordinario.
- 4 Cardinales possunt sibi eligere Confessorem.
- 5 Episcopus non potest eligere in Confessorem Sacerdotem non subditum, qui à proprio Episcopo non sit approbatus.

CAP. Ne pro dilatione. XVI. & fin.

Gregor. IX.

- 1 Episcopi, & Superiores, & Prælati minores exempti possunt eligere sibi discretum, & prouidum Confessorem absque licentia sui superioris. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anch. Panorm. Marian. Socin. Ioan. à Capistr. Viu. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 258. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 748. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2.

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt

Henric. in summa lib. 6. c. 4. n. 3. in comment. lit. I. & c. 2. n. 5. in comment. lit. B. & c. 13. n. 3. & lib. 7. de Indulgeo. c. 28. n. 1. in comment. lit. H. & l. 14. de irregul. cap. 1. edit. & resol. 470. in 2. edit. Anton. Gomez in capitulo Bulla Cruciate, clausul. 10. n. 8. 5. Sayr. de confessorij. c. 14. n. 5. Fr. Emman. quest. regul. tom. 1. quest. 20. art. 2. Soar. tom. 5. diff. 4. 1. sect. 2. n. 9. Fagundes in quinquaginta Ecclesie preceptis, prec. 2. lib. 7. c. 2. a. n. 78. Etalma. Causas de iurisdic. Ordin. in exemptis, p. 4. quest. 35. Sancha. Matrim. lib. 3. diff. 3. n. 3. Idem relouentes in Prælati religionis, potest enim Confessor ab ipsis electus, eorum commissione, cum ipsis dispensare in omnibus, in quibus ipsi Prælati possunt cum subditis. Quam autem Nauar. in man. c. 27. n. 260. vers. quinto, relictus potestatem hanc eligendi Confessorem dari Episcopo ex ipsa lege diuina, Sors verò in 4. diff. 8. quest. 4. art. 2. vers. Episcopi, & recentiores omnes, in credimus Henric. lib. 6. c. 8. §. 4. lit. I. dicant potestatem absolvere di Episcopos dari Confessori ab ipsis Episcopo, ut in Romano Pontif. agnoscent S. Thom. in 4. diff. 19. q. 1. art. 3. quest. 1. Bonavent. Soc. Lelien. Melin. & alij, quos referunt, & sequuntur Henric. d. cap. 3. §. 4. cum seq. Soar. diff. 27. sect. 2. à nam. 1. verum est dari privilegium hoc Episcopis, atque etiam parochiam Confessori à Papa, seu lege Canonica, ut bene probat hic text. ibi, *permittimus*, ex quo notant gloss. in presenti, ante hanc permissionem non potest Episcopus eligere Confessorem sine sui superioris licentia; habent enim Episcopi, & alij inferiores Prælati superiorem, cui sicut in iudicialibus, ita in hoc hoc subiciuntur, Episcopus scilicet Metropolitani, Archiepiscopus Primatem, cap. si clericus 11. quest. 1. de foro competent. notat gloss. verbo exceptum cap. pluralis, in princ. de offic. Ordin. iuncto argument. text. cap. ult. in fine, de cens. lib. 6. & colligitur expresse hoc text. ibi, *præter sui superioris licentiam*, arguitur post Turrecrem. Palud. S. Antonin. Sylvest. & alios, quos citat, hanc esse magis communem sententiam testatur Soar. d. n. 4. & sequitur Henric. d. lit. I. ad fin. quamvis idem Soar. diff. 25. sect. 2. n. 10. dicat non esse Episcopos Archiepiscopis subiectos in hoc loco, motus quia non habet Archiepiscopus potestatem in subditos suffraganeorum, ergo nec in ipsos suffraganeos, non aduertens differentiam, quæ inter utroque reperitur, de qua gloss. & scribentes omnes in d. cap. pastoralis.

Episcoporum autem nomine intelliges sine consecratus sit, quamvis Episcopatum non habeat, veluti titularis, aut qui Episcopatum renuntiavit, in omnibus enim verificatur rigor verborum, quibus vtiuntur in presenti, ibi, *Episcopus*, sive etiam non consecratus, postquam enim fuerit consecratus, iam habet Episcopatum, & eius administrationem, nullique potest subiciitur, cap. nostri, cap. tranmissionem, cum similibus, de elect. prosequuntur in eisdem terminis Henric. & Soar. dictis locis.

Prælatorum autem nomine intelliges illos, qui propriè, & strictè tales sunt, hoc est, qui sui prælati, cum iurisdictione fori contentiosi, iuxta doctrinam gloss. ult. in c. 2. de iudic. quam sequuntur, & explicant DD. communiter ibi, Abb. n. 6. Dec. n. 34. Rip. n. 17. Colm. in pragmat. sanction. tit. de elect. in prin. verbo Prælati, non ita illos, qui sine iurisdictione fori extenualis præsent, veluti parochiales late sumptu vacabulo Prælati dicantur in cap. tua, de cler. agno. ex quo notant omnes proximè citati, æque ideo secundum in eis scripti rigorem (semota consuetudine) non possunt eligere Confessorem, bene contra Sylvest. & Angeli. resoluit Soar. d. sect. 2. n. 7.

Exemptos

Exemptos verò intelligunt Host. & Abb. eos, qui soli Pontifici immediate subiacentur, sed melius cum Sylvest. & Soar. *mon. 9.* intelliges omnes illos qui Episcopo subiecti non sunt, licet alios habeant superiores, ut concludunt verba huius textus: *Præter sui superioris licentiam*, ad quem casum seducuntur Prælati nullius diocesis; in Abbatis tamen contrarium resoluit Henric. *d. t. 2. 3. §. 3.* Decanis autem, Archidiaconis, & similibus dignitatibus Ecclesiæ Cathedralis ex consuetudine idem concessum post alios explicat Henric. *d. lib. 6. c. 7. §. 5.* circa Vicarium generalem Episcopi pugnant inter se Henric. *d. c. 1. 3. §. 3.* & Soar. *d. sect. 2. n. 8.*

Amplia, ut locum habeat principalis textus conclusio, etiam in Episcopo fustiganeo invito Archiepiscopo, quia hæc potestas non provenit ab Episcopo eligente, sed à iure committente, ut advertit Prosp. de August. *in addit. ad Quarant. verbo Archiepiscopi auctoritas*, vers. *decinoseptimo*, in addit. *lit. A.* quod quidem, & in exempto locum habet, & in quolibet Episcopo, non solum in sua diocesi, sed etiam extra, dummodo Confessarius sit approbatus ab Ordinario, ut infra dicitur, ita Quaranta *d. verbo Archiepiscopi auctoritas*, n. 7.

Amplia etiam in Cardinalibus, quibus communicatur privilegium concessum Episcopis, & Prælati exemptis in hoc text. ut per Henric. *cap. 1. §. 3.* Paul. Comit. *respons. moral. lib. 1. quæst. 10. in 4.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 4. c. 3. §. 16.* ubi etiam credit non esse verisimile de cetero Concil. Trid. *sess. 23. de reformat. c. 1. §. 5.* derogatum fuisse privilegium, quod erat concessum in hoc text. Quicquid autem de hoc sit, illud est verisimilium Sacram. Congregationem censuisse Episcopum vigore privilegij, de quo in hoc text. non posse sibi eligere Sacerdotem non subditum, qui à proprio Episcopo non sit approbatus, prout referunt Gallet. *in margarita casuum conscientie*, verbo *Episcopus 6.* Prosp. de August. *loco proxime citato*. Azor. *d. q. 16. vers. quæres*. Cardinales, Aloy. Ricc. *d. resol. 470.* Peregr. *in Comment. ad Constit. cleric. Regular. p. 1. c. 5. in princ.* Coriolan. *de casibus rescript. 1. sect. 1. art. 1. c. 5. vers. et contra*, Vgolin. *de offic. Episcop. 2. §. 2. n. 4. vers. 3.* Armendar. *in addit. ad recap. legum Navarra lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis*, n. 54. Molfes. *in summa Theolog. moralis*, tract. 7. c. 1. §. 3. 4. Lauer. *de iuribus*, p. 1. c. 21. n. 58. Fagundez. *in quinque Ecclesiæ præcepta*, præc. 2. lib. 7. c. 2. ex n. 78. Ioan. Valer. *de different. inter utrumque forum*, verbo *nullitas*, different. 5. n. 2. ubi subdit etiam quoad Prælatos Regulares procul dubio durare indistincte privilegium, de quo in hoc text.

Necnon minoribus Prælati, &c.] Notatur ad hoc, quod licet Prælati Conventuali sibi Confessarium eligere, ut per Valent. *tom. 4. disp. 7. q. 1. punct. 2. vers. 2.* habet, Henric. *lib. 7. cap. 18. §. 1.* Fr. Sigilm. à Bononia *de elect. dub. 21. n. 2.* Franc. Coriolan. *de casibus rescript. p. 1. sect. 1. art. 21.* Filliac. *quest. moral. tom. 1. in 9.* Valer. Reginald. *in praxi lib. 1. n. 38.* Tamburin. *de iure Abbatum tom. 2. disp. 6. q. 1. in 2.* ubi n. 6. limitat dummodo Abbates inferiores secundum privilegia, vel constitutiones Religionis à Sede Apostolica approbatas non habuerint Confessorem designatum à Prælati superioribus, & citat Soarez *dict. sect. 2. n. 10.* Sigismund. à Bononia *dict. dub. 21. in 4.* Coriolan. *diart. 2. in 1. n. 3.* in fine;

De Sententia Excommunicationis.

TIT. XXXIX.

SUMMARIUM.

- 1 Doctores referuntur super hanc rubricam scribentes.
- 2 Excommunicationis materiam qui tractent citatur.
- 3 Excommunicatio an proprie sit sententia, ostenditur, & num. seqq.
- 4 Excommunicationis nomen unde dictum.
- 5 Excommunicationis definitio traditur.
- 6 Excommunicatio alia est maior, alia minor.
- 10 Excommunicatio maior à quibus prius, ostenditur.
- 11 Excommunicatio minor non omni, sed aliqua tantum Ecclesiastica communione priuat.



PER hanc rubricam scripserunt Zabarel. Ioan. Andr. Anan. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Ioan. de Londris in *breuiario sanctorum Canon.* fol. 184. Guillem. Durand. in *breuiario aureo iuris Canon.* Martin. Mesnat. in *epitome Decret.* fol. 200. verso. Petrus de Rauenna in *compens. iuris Canon.* Dan. Venat. in *analyt. method. iuris Pontif.* à pag. 728. Goffred. & Host. in *sum. huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. in *paratitulis ad quinque libros Decret.* Lancel. in *instit. Canon.* Barth. Carthag. in *exposit. tit. iuris Canon.* Zypæ. in *analytica postremi iuris Ecclesiæ. enarrat.* pag. 449. cum seqq. in *sum. iuris Canon.* Cafarel. in *erotem. eiusdem iuris*, nonissimè Ioan. Honor. lib. 5. *sum. in Decret.* omnes sub hoc tit.

De materia huius tit. speciales tractatus ediderunt S. Antonin. Archiepisc. Florent. *tom. 1. 4. tract. Doctor.* fol. 366. Francisc. de Platea *eodem tom. 1. 4. fol. 387.* Jacobus de Beluisio *eodem tom. 1. 4. fol. 387.* B. Ioan. à Capistrano *eodem fol. 388.* de ea agunt Menoch. *de arbitrar. casu 416.* Clar. in *pract. lib. 5. fin. q. 7.* Viuiati. Vezi. & alij *tom. 1. communium opinionum*, lib. 1. tit. 12. Perez l. 1. tit. 5. lib. 8. Ordinan. Spin. in *speculo testament. part. 1. 1. rubricæ*, Card. Cæsar. Baron. *tom. 1. 1. annal. Ecclesiæ anno Christi 57.* pag. mibi 511. Stephan. Quaranta in *summa Bullarum*, verbo *excommunicatio ad finem reuelationis*, & verbo *excommunicatorum vitatio*, Rendina in *præceptuario recept. sentent. tom. 1. tit. 41. de excommunicat.* Zetoli. in *praxi Episcop. verbo excommunicatio*, Cald. Pereira *de renouat. emphyteut. q. 7. à princ.* Anton. de Soula in *relect. de censuris* *Bulle in Cæna Domini*, Cardos. in *praxi iudicum*, verbo *excommunicatio*, Francisc. Leo in *thesauris fori Ecclesiæ*, p. 4. c. 7. *de excommunicat.* Ludovic. Miranda in *manuali Prælatorum*, *tom. 2. quæst. 35.* Fatina. *fragment. crimin. verbo excommunicatio*, Henric. in *sum. p. 2. lib. 1. 3. de excommunicat.* Valsq. *tom. 4. in 3. p. tract. de excommunicat.* Barthol. Vgol. *de censuris*, tab. 2. Soar. *eodem tract. disp. 8.* Anil. *eodem tract. part. 2.* Sayr. *eodem tract. lib. 1. 2. 3.* Bonacin. *eodem tract. disp. 2.* Hurtad. *eodem tract. disp. 1. 3.* Marius Alterius *eodem tract. tom. 1.* Agid. *de Sacram. & censuris*, *tom. 2. disp. 1. 4.* Valer. Reginald. in *praxi fori penit. lib. 3. de censuris Ecclesiæ*, Anton. Ricc. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent.* lib. 4. Galgan. *de iure publico*, lib. 1. tit. 15.

Per hanc rubricam communiter receptum est excommunicationem proprie esse sententiam, ita gloss. in *sum. 2. q. 1. & verbo sententia*, in cap. *biduum 2.*